4^a conditio est, quod ex puris negativis nihil sequatur; v.g. homo non currit; sed equus non est homo: non inferatur: ergo equus non currit: quia sicut ad unum aliquid duo in consequenti debent unum in aliquo 3^o cum antecedenti, ita ad negandum aliquid de aliquo, v.g. cursum de equo debet cursum ille negari de aliquo, quod non evenit in exemplo apposito. 5^a est, quod ex puris particularibus nihil sequitur: v.g. aliquis homo est musicus, sed Franciscus est aliquis homo; ergo Franciscus est musicus: quae consequentia non valet, quia terminus particularis est indifferens ut supponat pro hoc individuo, vel pro illo, ac proinde exunt quatuor termini; unde non minus quod nihil cludat syllogismus, quia non reperitur idem medius. Ob hanc rationem ex puris singularibus recte potest cludi; v.g. Petrus currit; sed Petrus est homo: ergo homo currit; quia terminus singularis semper supponit pro eodem; particularis vero non. Ultima tandem, quod medius distributus in praemissis non debet poni in conclusione.

Cap. 2^o de Syllogismo, et de ejus Constructione.

Syllogismus est modus sciendi, in quo duobus propositionibus positis, eo quod sint forma disposita, 3^a negatio sequitur. Igitur stare debet tribus propositionibus, quarum duae priores vocantur premissae. 3^a vero conclusio. Cuius autem syllogismus sit quodam artefactus logicus, stare etiam debet materia, et forma. Materia haec est duplex, proxima scilicet, et remota, materia proxima sunt propositiones ipsae ex quibus immediate componitur syllogismus. Remota vero sunt tria quae in quibuslibet propositionibus componentibus: qui quidem tres tantum in syllogismo debent esse. Quorum hiis quoque tres quilibet reperitur bis in syllogismo, et habet suam peculiarem nomen, nam qui in premissis positus appellatur medius; qui vero huic medio iungitur in maiori propositione dicitur major extremitas, et qui in minori minor extremitas nominatur.

Omnia in hoc exemplo patent: omnis homo est animal; sed Petrus est homo; ergo Petrus est animal: in quo iam vides tres positiones, quae sunt materia proxima syllogismi, et tres terminos scilicet, homo, animal, et Petrus, quorum homo est medius, quia reperitur etiam in maiori, quod in minori, animal est major extremitas, quia iungitur medio in maiori, et Petrus est minor extremitas, quia illi in minori copulatur.

Iuxta hanc duplicem syllogismi materiam duplex etiam assignatur forma: 1^a correspondet materiae proxima, et appellatur modus, sic quod definitur: apta dispositio propositionum 2^a affirmationis, 1. negationis, universalis 1. particularis. Cuius autem haec dispositio propositionum potest esse triplex, triplex etiam assignatur figura. 1^a est, in qua medius est subjectus in maiori propositione, et praedicatus in minori, ut patet in syllogismo supra posito. 2^a figura est, in qua medius positus pro praedicato in utraque propositione; ut nullus lapis est animal; sed omnis homo est animal; ergo nullus homo est lapis: ubi ut vides animal, quod est medius, est praedicatus in maiori, et minor. 3^a figura est, in qua medius positus ut pro subiecto etiam in maiori, quae in minori propositione: est exemplum; omnis homo est animal; sed aliquis homo est albus; ergo aliquid album est animal; quod omne hoc solo versiculo retinetur.

Sub pra: 1^a; 2^a vis pra: 3^a vis sub.
Igitur syllogismus dividitur in decem, et nobiles modos, quorum alij sunt perfecti, imperfecti alij. Perfecti vocantur, qui tanta claritate inferunt conclusionem ut non indigeant reduci ad perfectiores; imperfecti sunt, qui non ita evidenter conclusionem inferunt. Rursus, alij sunt indirecte concludentes, alij directe: illi concludunt directe, quorum minor extremitas est subjectus in conclusionem; illi concludunt indirecte, quorum major extremitas est in conclusionem subiectus; quibus quibus attentis consideratis, facile percipitur eorum sequentium mixtura.

Barbara, Celarent, Darii, Ferio: T. Baralipon,
Celantes, Dabitis, Fapesmo, fxisesomorum: T.
Cesare, Camestres, Festino, Baroco: T. Darapti,
Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison. x d d

In qualibet hanc dictionis invenietis tres litteras vocales denotantes p^opones
 affirm^{bas}, l. neg^{bas}, v^oles, l. particulares, iuxta illud aserit A. negat C. H. ita ut 1^a
 vocalis correspondeat p^oponi majori, 2^a minori, 3^a v^ole. Si eni alia superest
 vocalis & ea non curatur, quia soly metri causa posita est. Igitur nobem
 modi p^opones pertinent ad 1^{am} figuram, quorum quatuor v^o sunt perfecti, et di-
 rectecludentes: 5. v^o sequentes imperfecti, et indirectecludentes; quat-
 uor sequentes pertinent ad 2^{am} figuram, et possuntcludere, l. directe, l. indir^{te};
 reliqui vero sep ad 3^{am} figuram expectat, et eode modo, quo p^ocedentes
 cludere possunt.

His regulis rite servatis, facillime erit in qualibet dictio-
 one syllogismus formare; et ut cujuslibet modi exempla non deficiat, accipite
 pro omnibus figuris exempla: sit Primus in Barbara, qui est primus modus
 perfectus, et directecludens, 1^a figura: omne al, ex vivens; ois hoo est al;
go ois hoo est vivens. En in hoc syllog. tres p^opones v^oles affirm^{bas}, quia
 triplex A. reperitur in Barbara: en etiq, quia directecludit. Quomodo
 minor extremitas, homo nempe, est subjectu in conclusione, et ad hujus instar
 quonlibet alii in 1^a figura formare poteritis.

Tunc pro modis indirectis
 et imperfectis ejusdem figurae, sit exemplum in Baralipsoni: quis planta e vivens;
sed quis vitis e planta: go aliquod vivens e vitis. Pro 2^a figura sit in Festivo:
nully iniustus e Deo placens; sed aliquis homo e Deo placens: go aliquod
iniustus non e homo: vel si vis directecludere; go aliquis homo non e iniustus.
 Sit iq pro 3^a figuram exemplum in Darapti: omne alby e coloratum; sed qne
alby e corpus: go aliquod coloratum e corpus: vel: go aliquod corpus e coloratum.

De Divisione Syllogismi, et Consequentiae Cap 5.
 Nuncq^o instructio, nunc autem divisio sequitur syllog^{mi} et 1^o dividitur rone
 materiae proxime, in affirmativis, et neg^{bas}: 1^{us} est cujus conclusio est affirm^{bas}.
 2^{us} cujus conclusio est neg^{bas}. 2^o dividitur in demonstrativis, provabilibus, et sophis-
 ticis. Demonstrativus est, cujus praemissa sunt evidenter vera, et hic syllog^{us}
 generat scientiam. Provabilis est, qui stat recta forma, et praemissa, provabili-
 bus, l. saltim altera necessaria altera provabili, l. cujus praemissa sunt tantum
 provabiles, ut omnis mater diligit filium; Maria e Mater: go diligit filium suum;
 et hic syllogismus generat opinionem. Syllog^{us} Sophisticus est, cujus praemissa sunt
 apparenter, et generat errorem, v^o: omnis Canis latrat; Sydus e Canis: go Sydus
latrat. Ratione materiae remote dividitur syllog^{us} in communem cujus medius
 est terminus communis, et singularis cujus medius est terminus singularis. V^o
 notate formam huius materiae remote syllogismi correspondentem appellari figuram,
 quae sit definitur apta dispositio terminorum per modum medij majoris, & minoris
extremitatis.

Ex his clarescet natura v^ole, quae iuxta communem loqu^o.
 modum, est illatio fundata ex coniectione antecedentis cu sequenti quantum ad
 veritatem: et est duplex: alia fortis materialis alia. Consequentia fortis est,
 quae vi formaecludit, id est, ex observatione regularum, quae pro syllogismo
 tradidimus: vel clarius: v^ole fortis est, quae tenet ex vi formaeartificiose, ita
 ut sub eodem artificio semper, et in omni materia bona sit, v^o: quis homo e risibile
omne rationale e homo: go. qne rationale e risibile. V^ole autem materialis est, quae
 tenet, velcludit, ex vi materiae, non autem ex vi formae, ita ut in alia

matéria sub simili forma sit mala consequens, ^a Vg. homo currit: ergo omnis homo currit: quæ consequens non intextur nisi per hoc quod cursum æque veniat omni, ac omnibus hominibus.

Cap. 4^o

De Reductione Syllogismorum.

Supra diximus quolibet syllogismum formatum in 2^a 3^a figura, et etiam in quinq; ultimis modis 1^o esse imperfectum, ac proinde esse reducendum ad quatuor priores modos perfectos 1^o figure, nimirum ad Barbara, Celarent, Darii, Peio. Reductio enim ista fuit à Diabeticis adinventata pro vincendis tenacibus ingenij, quæ nisi clarissime intueantur bonitate consequens, ei assensum refugiant. Duplex igitur est, una dicta per ostensionem, alia per impossibilitatem, primæ tanquam fastidiosa, nimis omitere se creverat, verum ne majorum via diverteret eorum vobis breviter exponam.

Igitur hæc reductio fit per transmutationem præmissarum, aut ipsarum vertendo iuxta regulas versionis. Pro quo advertite 1^o singulas dictiones supra positas incipere per unam ex his consonantibus B. C. D. F. 2^o quolibet modum imperfectum reducendum esse ad modum perfectum eadem consonante incipientem, Vg. Dabitur ad Darii, Jelapton ad Peio, et sic de reliquis. 3^o in predictis dictionibus aliquas consonantes reperiri præter initiales, scilicet S. P. M. C. quarum S. denotat præmissam designatam per vocalem antecedentem verti debere simpliciter: M. designat, præmissam esse transmutandam, ita ut major fiat minor, et C. in medio dictionis inuit illi modum reducendum esse per impossibile et non per ostensionem.

Ut hæc omnia præsto memoria sint sequentia tenete carmina: S. vult verti, P. vero per accidens: M. vult transponi, C. per impossibile duci.

Quod ut facilius percipiatis exemplum accipite: si enim in camera dixistis: omnis religio est virtus; nulla secta est virtus: ergo nulla secta est religio: hic modus quia ejus littera initialis est C. reducitur ad Celarent: in præmissa 1^o præmissa non est convertenda, sed mutanda de majori in minorem, quia ad illam sequitur M. 2^o vero, est convertenda simpliciter, et similiter conclusio, cui ad veram sequitur S. unde sic dicetis: nulla virtus est secta; sed omnis religio est virtus: ergo nulla religio est secta. Qui quidem syllogismus est iam perfectus in Celarent. Id ipsum attentis regulis prestare poteritis in ceteris modis cujuscumque figure.

Explicata ergo hæc impertinenti reductione, ad utiliorum, et per impossibile nominatum accedamus. Reductio igitur ista sic appellatur, eo quod stumap ad verum rursus duas tradit. ^{as} recedere cogitur, quod est impossibile; unde sic definitur transmutatio syllog. imperfecti, ad perfectum sumpta contradictione reductionis negate cui altera ex præmissis iam dicitur: verum ut sciatis quomodo hæc fiat in omnibus figuris hæc regulæ memoria mandare necesse est. Constructo syllog. in aliquo modo imperfecto 1^o figure, et ab adversario consequens negato illico deducitur ejus contradictoria, quæ negatio ab illo duci debet, quia ^a plerumque contradictoria sicut non possunt esse simul veræ, nec simul falsæ ^{con} contradictoria (pon) consequens negato ponitur pro majori; major iam 1^o syllog. ^{con} contra ponitur pro minori: et ex illis infertur contradictoria, l. contra

mynoris iq. cessa. En vobis exemplum in Baralipson, qui est imperfectus 1^a figura: quæ animal est sensibile; sed quia homo est aliquid sensibile est homo.

Supponitur adversariis sequens negata, et ut error adventat, deducitur contradictorius sequens negata, quod est, nully sensible est homo; quod, ut statim cedat ponitur ut major, hoc modo: nully sensibile est homo; sed quæ animal est sensibile: ergo nully animal est homo. En syllogismus perfectus in celant, quo cogitur quædam recedere, quæ hominis esse animalis quod iam antea cesserat, et simul nully animal esse hominis, quod postea facere adiungitur. En etiam sequens negata factus est major; major v. 1^a syllogismi facta ex minore, et contradictorius minore cessa positus fuit pro sequens. Ceterum observa pro his quinq. modis qui indirectecludunt, quod minor illa, cuius traxia, l. traxia ponitur pro reductio syllogismi reducti, per prius debet simpliciter verti, ut notare poteritis factus fuisse in aperto exemplo.

In 2^a figura, formato syllogismo, quod directe concludere debet ut reductur ad modum perfectum, major suæ retinet locum; minor autem exit contradictorius sequens negata; et sequens exit contradictorius minore cessa. Sic exemplum in cesare: nullus homo est rugivilis; sed quia Leo est rugivilis: ergo nullus Leo est homo. Ut enim syllogismus iste reductur ad modum perfectum deducitur contradictorius sequens negata, quod est aliquis Leo est homo, et tunc sic proceditur: per te nullus homo est rugivilis; sed aliunde per te aliquis Leo est homo: ergo aliquis Leo non est rugivilis. In hoc syllogismo in tertio videbitur major 2^a syllogismi suæ locum servare, et loco minore contradictorius sequens negata, et pro sequens contradictorius minore cessa.

In 3^a denique figura contradictorius reductio negata ponitur ut major, et minori in suo loco relicta, infertur pro sequens contradictorius majoris cessa. Hoc manifestum fiet in darapti: omne animal currit; sed omne animal est vivens: ergo aliquid vivens currit. Ut enim reductur, deducitur contradictorius sequens, quod est nully vivens currit; tunc sic; per te nully vivens currit; sed per te omne animal est vivens: ergo nully animal currit. En syllogismus in celant, in quo contradictorius reductio negata, positus fuit pro majori, et minori servata, contradictorius majoris cessa ponitur pro sequens.

Scitote tamq. quod quambis Celantes, sit modus 1^a figura, in ipso inveniuntur ut regula supra posita pro illa figura: qua propter, ut modus iste ad aliquem ex perfectis reductur contradictorius sequens negata ponendus est pro minore; pro majori vero minor cessa in precedenti syllogismo, et pro reductio contradictorius majoris. Ut enim hæc facillissima præcepta facilliter, et prompte exierint ingenia, hæc observare caxmina, in quibus, veluti in compendio, omnia supra dicta continentur.

1^a Major fit minor, fitq. contradictio major.
Epice Celantes, in quo prævertitur ordo.

2^a Servat majorem, variatq. 2^a minorem.

3^a Tertia majoris variat, servatq. minorem.

Vex ut ignoratur ad quem modum ex perfectis quilibet alius imperf. sit reducendus, dictiones istæ a Dialecticis propugnuntur: Scilicet, nesciebam, odiabam, Retax, Romanis; ex quibus 1^a vixit quinq. vocales, quæ unaqueq.

ordine suo designat modis, ad quem quilibet syllogismus imperf^{us} reduci debet, in epiando, & Baralipron. Quatuor 1^o vocales dictionis sequentis statuuntur pro quatuor modis 2^a figura. Sep deniq^e duarum sequentium dictionum ponuntur pro sep modis 3^a figura, ita tamq^e, quod modus ad quamlibet vocalem pertinet reducendus sit ad modum perfectum, cuius ultima vocalis est ead^em euj^{us} illa; Vg. quia Baralipron pertinet ad 1^o vocalem 1^a dictionis, quae ^{est} C, reducendus est ad celantem, cuius exig^e ultima vocalis est E; et celantes, quia pertinet ad 1^o figuram vocalem, quae est I, reducendus est ad Darij, cuius vocalis ultima est I, et sic de ceteris. Verum ut hoc quia quod circa syllogismos, et eorum structure dignum in aliquo debeant principio fundari, ideo sequens iudicio principia forme syllogisticae explanare.

De Principijs forme Syllogisticae

Principium principij nihil aliud in presenti intelligitur, q^{uo}d d^{icitu}r aliquid adeo clarum, et manifestum, ut nullus intellectus garrulitatis rudis eij^{us} veritatem non assentiat. Principia igitur sunt in duplici diff^{er}entia: aliqua sunt, quae generalissima appellantur, et ad quae scientias pertinent: Similia sunt, quodlibet est, vel non est; impossibile est, idem simul esse, & non esse; quae ut ex t^{er}minis ipsis patet per se nota sunt. Alia sunt, quae syllogistica nominantur, et quae per se eij^{us} nota sunt: hujusmodi sunt dici & omni dici & nullo, quae sic veniunt intellig^{it}: quidquid affirmatur & aliquo sub^{ter}o debet eij^{us} affirmari & aliquo inferiori sub illo contento: Vg. affirmatur vivens sensibilis animalis: ergo eij^{us} debet affirmari de homine, Equo, Leone, alijsq^{ue} speciebus sub a^lio contento, iuxta illud dici & omni. Similiter quidquid negatur & aliquo sub^{ter}o eij^{us} negari debet ead^em r^{ati}one & omni inferiori sub illo contento iuxta illud dici & nullo.

His principijs Dialecticis duo ^{alia} universalissima respondent: videlicet: quae sunt eadem uni 1^o. Sunt eadem inter se, et quae distinguuntur ab uno 1^o. Distinguntur inter se: hoc est quae perfecte, & adequate identificantur cum aliquo 1^o sibi e medio, necesse est eij^{us} inter se identificari: et e 2^o si quodlibet illorum distinguitur ab aliquo 1^o, necesse est eij^{us} distinguere et aliud; quae, ita evidenter sunt satis in naturalibus ut intellectus ipsis differentiis non possit, nisi venie indolis, et totius saepe species r^{ati}onis.

Cum hac ergo cognitione principiorum facile vobis erit solutionem evidentem ad ipsa resolvere, s. reducere: Vg. negatur ab aliquo summi inclusio hujus syllogismi in darij, quid homo est animi; Petrus est homo; ergo Petrus est animi: et tunc syllogismus hic dupliciter ad sua principia reduci potest, 1^o dicitur: quod homo esset animi: ergo hoc eij^{us} videri debet & Petro: Probo neg^{atione} Petrus continetur sub homine tamquam sub superiori; sed quidquid dicitur superiori debet eij^{us} dici & omni inferiori contento sub ipso: ergo si animi dicitur de homine debet eij^{us} dici de Petro, iuxta illud dici & omni. Aliiter eij^{us} animal identificatur sibi per praedictionem verificatur & homini sed Petrus eij^{us} identificatur cum homine: ergo Petrus, et animi debent inter se identificari. Hic agi solet de inventionem medij, circa quod plures paginas operum a^{nt}iquorum nullis tamq^e invenio, qui regulas, quas docet, observet. Quid ergo nunquam ab arte inveniendi medij venit ab ^{inventis} ~~inventis~~? absit.

— 4 —

Disputationes in Universam Aristotelis Dialecticam Proemium.

Hucusq^e (Auditores charissimi) breviter quodam compendio doctrinam generalem tradidimus: nunc vero ad artem artium, Scientiarum exponendam, rationis humane ductricem tutissimam accedentes, altiori calamo Disputationes eius selectiones pertractare conamur. In logica Scientiarum schola tot nubibus, tot calidis utens argutiis, quot secundis intentionibus, quibus induitur series longissima rerum, ornatur, et paudet. Proptereaq^e discussit inquieta, et difficiliora exarsens animos ardet, ut citi exerceantur experientia, neq^e perint sophisma in qua latentia parere multa. Enimvero si quando astuta nimis, ac fiera ratio aciem intellectus obnubilat, leges etiam parat, regulas offert, filiumq^e donat, ut à tanto sophismatum laberinto audacem perit liberare thesaurum. Demum ipsa illustrat, et obumbrat ipsa, ut si quis vestrum delectabilis ab ea desideraverit fructus, videat arborem vitæ bonum, et malum penam parentem. Optat si ois eadem animam nomine scientia illustrare vultis, ad hanc Disciplinarum Disciplinam letis invito, ut medium scientie tenentes ad ultimum rationalis Creaturae finem auspice Deo pervenire valeatis.

Tractatus Preliminaris ad Logicam De Natura Scientie, Intelligentie, Sapientie Prudentie, et Artis; ubi et de Objecto, et eius divisione universaliter agitur.

Virtus intellectualis iuxta Phylum (6^o Eth.) est habitus perficiens intellectum, qui quidem habitus iuxta eundem Aulem in quinque aliis dividitur, scilicet Scientiam, Intelligentiam, Sapientiam, Prudentiam, et Artem, quibus perficitur mens nostra circa verum, sicut per virtutes morales voluntas circa bonum. De omnibus agendum est, et 1^o de scientia, cuius existentiam plures omnino negant: ita Erastus, et Cratylus: verum tam isti, quam alii audiendi non sunt, quia vel scientificè negant, vel non. Si v^o q^o datur scientia, cum scientificè procedant; si 2^o non est cui ipsi credere debeamus. Primum q^o sit scientiam esse, cuius natura in presenti examinanda venit.

Duplicem igitur definitionem scientie assignabit Phylus. 1^a est huiusmodi: habitus certus, et evidens per demonstrationem adquiretus. certus dicitur loco generis, in quo convenit cum aliis habitibus etiam, et erroris, et opinionis à quibus distinguitur per certus, quia nec opinio, nec error hoc habent. evidens scientiam distinguit à fide divina, que licet in se sit certa, non tamen evidens propter sui obscuritatem. Restantes vero particula scientiam

distingunt ab habitu primorum principiorum, qui per demonstrationem non adquiruntur
item a scientia Dei, et Angelorum, in quibus unus actus non est alterius causa, quia
illa non est alteri omnia Deus prehensivè cognoscit, et Angeli scientiam adquirere
possunt, cum ab ipso creationis exordio ea persequantur.

Dico, scientiam distinguere a
habitu primorum principiorum, et huius occasione scire scilicet, quid sint primi
principia, quidq. habitus principiorum: principia ergo sunt in duplici differen-
tia; alia sunt, que appellantur limitata, qualia sunt illa supra posita ad fines
sumularum, scilicet, que sunt eadem uni tertio &c. alia appellantur principia
que ad unam scientiam describunt. Et autem id clarius percipias do tibi definitionem
principii, quod est propositio medio vacans, id est propositio immediata, et per se nota
que caret medio illam probante, et ratio est, quia hoc ipso, quod aliquid immediatum
et per se unitur alteri, habet principium sufficiens, ut cognitio terminis statim igno-
tescat extremorum conexio.)

Ex quo coliges omnem propositionem aliquam definitionem conti-
nentem esse principium, et si non universalissimum, quia tunc indemonstrabilis ^{est} ab
intrinseco, quambis ab extrinseco, per causam scilicet efficientem, aut finalem demonstra-
ri possit talis propositio, ut si diceret homo est rationalis, ut beatitudine potatur, quod non
obstat ad veram principii rationem. Et aliquando, ut sepe sepius contingit, assumitur
pro premiis, seu principiis aliquid per aliam scientiam superiorem demonstratum
tunc illa non sunt dicenda principia absolute, et simpliciter, sed conclusiones, que
ambis principia secundum quid dici possunt, hoc est respectu illius demonstrationis
cui describunt.

Habitus primorum principiorum est facultas intellectus adquirenda per
aliquos actus ascientias sine aliquo discursu primis principiis taliter, ut cognitio ter-
minis statim innotescat veritas eius. Habitus iste, qui a Phyllo appellatur intellectus
distinctus quidem est ab ipso intellectu, quambis Durandus (in 2.º dist 24 et in 3.º dist
33) contrarium sentiat, quia sicut ex habitu scientia generatur habitus scientificus
ita ex actibus, quibus asentitur simpliciter modo primis principiis debet generari ha-
bitus, qui primorum principiorum dicatur.

En iam scientia alteram definitionem: et
scire est rem per causam cognoscere, et quoniam illius est causa, et quod aliter se habere
vere non potest, quod idem est ac dicere, quod scire est cognoscere conclusionem per prin-
cipia, et principia esse causam conclusionis, conclusionemq. se ipsam aliter se ha-
bere non posse, quia scientia est de incorruptibilibus, perpetuis, et ita necessariis, ut
aliter esse impossibile sit. Unde si ly per causam sumitur pro causa sive forma
sive virtuali, aut in essendo, tunc predicta definitio tantum explicat naturam
scientie propter quid, sive a priori si vero etiam sumatur pro causa in cognoscen-
do applicabitur et scientia, quia sive a posteriori.

Scientia sic definita alia est
habitudo, actualis alia: habitualis est habitus certus, et evidens per demonstra-
tionem adquisitus, remanetq. in nobis etiam dormientibus, cum de ratione habitus
sit esse difficile movibile a subiecto. Actualis est cognitio demonstrabilia objecti nec
sari ex primis principiis illata, exigitq. actuale exercitium, solum durans, qua
diu cognoscitur objectum. Dividitur insuper scientia in practicam, et speculativam
quam definitio, et distinctio ex inferius dicendis constabit. Intellectus in presenti
non sumitur a Phyllo pro potentia intelligendi, sed pro habitu primorum principiorum
quo scilicet potentia ipsa intelligendi asentitur primis, et notissimis principiis, que
sunt: omne totum est maius sua parte &c. Ceterum, ut verum fatear, non capio

distinctionem aliquam inter hunc habitum, et potentiam intellectivam. Haec namque esse potens est advertiri supra positae principis, quae per se nota sunt.

Sapientia est cognitio rei per altissimas causas, et universalissima principia, ut Theologia in supernaturalibus, et in naturalibus Metaphisica, quae etiam Theologia naturalis dicitur. Tripliciter accipi solet Sapientia. 1.º pro insigni perfectione, seu excellentia cuiuslibet Scientiae, vel Artis: sic sapientem appellare solemus illum, qui magna perfectione possidet scientiam aliquam, aut artem; ut Physicam sapientem marmorearum, Politicum Statuarium sapientem. 2.º accipitur pro conspectu, aut cummulo omnium, vel plurimum scientiarum, quo sensu aliqui dixerunt Physicam sapientiam esse cognitionem omnium rerum usque ad ultimas proprietates. 3.º Deniq. et propinque sumitur Sapientia pro perfectissima scientia, quae res per altissimas causas cognoscit, ut supra dicebamus.

Prudentia est habitus verus agens cum ratione in his, quae bona, et mala hominibus sunt. Sub hac collocat Aristoteles tres alios habitus, qui sunt, Eubulia, Sinesis, et Gnome. Eubulia est habitus bene consultandi, quo et nobis ipsis, et aliis bene consulimus. Sinesis est sagacitas, seu perspicacia recte iudicandi, et Deniq. Gnome est habitus recte determinandi hoc ^{ut:} scientia illa, quae per rationem, et consilium determinat, quid agendum, vel omittendum sit.

Arts supra Artem est habitus cum bona ratione factibus, et à D. Thomae definitur: recta ratio operis faciendi. Perum cum ars in genere dividatur in artes liberales, et mechanicas, videtur Artem, et D. Thomam solum definire artem, prout secundas amplectitur, non vero primas, cum artibus liberalibus supra posita definitiones nequeant proprie adaptari; quapropter sic artem in comuni definitio: habitus cum recta ratione actibus, vel factibus, quae definitio utramq. amplectitur artem liberalem, et mechanicam, ut fusius videbitur in sequentibus.

Stabilita iam natura et cognitione scientiae, cognitio objecti nobis immediate succedit: objectum igitur in comuni est id, quod potentia obicitur, vel id, quod à potentia media actibus attingitur: quod in ordine ad scientias triplici nomine solet appellari; objectum scilicet, subjectum, et Materia circa quam. Dicitur objectum, quatenus obicitur scientiae, ut ab ipsa attingatur, et sub hac ratione specificat scientiam: subjectum, in quantum scientiae subicitur, ut de ipso proprietates illa demonstrat: et tandem Materia circa quam, quatenus scientia versatur circa illud, tamquam circa propriam materiam: unde rationes ista objecti, subjecti, et materiae circa quam solum per rationem, vel expresse distinguuntur.

Ex hac objecti notione dignoscitur, quod sola potentia percipit per se recipere objectum, quia ipsa sola proprie videt, audiunt, cognoscunt, et prout cuique proprium fuerit. His positae objectum in comuni dividitur in materiale, et formale. Objectum formale est, quod ratione sui attingitur à potentia, vel habitu. Materiale est, quod non ratione sui, sed ratione objecti formalis attingitur. Subdividitur objectum tam materiale, quam formale in adequatum, et inadequatum. Adequa-

tum est, quod continet omnia objecta particularia, de quibus agit visiva, vel quae potentia respicit. Inadequatum est pars objecti adequati, Vg. visiva respectu visus.

Tertio dicitur objectum formale in objectum formale quod, seu rationem formalem quae, et objectum formale quo, vel rationem formalem sub qua: objectum formale quod, seu formalis ratio quae est quae a se per se attingitur a potentia, vel facultate ut in se habens rationem formalem sub qua, sive objectum formale quo, quod est ratio illius cuius objectum formale quod attingitur a potentia vel habitu. Horum omnium aptum exemplum in objecto potentiae visivae, quod est coloratum, in quo invenitur color, et res habens colorem: color est objectum formale, quia per se attingitur a potentia visiva; res vero habens colorem est objectum materiale, quia non ratione sui, sed ratione coloris videtur: objectum adequatum est coloratum in comuni, quia sub se continet omnia particularia colorata; objectum autem inadequatum est aliquot coloratum in particulari Vg. album, vel nigrum. Denique objectum formale quod visivae est albedo Vg. vel nigredo; sunt enim quae videntur, seu attinguntur a potentia visiva ratio vero coloris est objectum formale quae, sive ratio formalis sub qua; est enim in quo albedo, aut nigredo videtur.

Verum pro recta cognitione objecti notate, quod illud aliquam debet habere rationem communem, et universalem, quae reperitur in omnibus, quae a potentia, vel habitu attinguntur: ob hoc, quod non est audibile non est objectum potentiae auditivae; quod non est coloratum non est objectum potentiae visivae, et sic de reliquis potentis, et habitibus. Insuper objectum specificatum potentiae ad plura se extendit, quam objectum specificatum habituum, et hoc ad plura, quam specificatum actuum; et ideo, quod est ratio formalis sub qua specificans actum de materiali vo habet, sive est ratio quae respectu habituum.

Exemplum sit in albedine, quae si consideratur in ordine ad potentiam visivam est ratio quae, ratio vero coloris est ratio sub qua, quia potentia visiva non specificatur ab albedine, in quantum albedo, sed ab albedine, in quantum est color. Si vero consideretur albedo respectu actus in ipsam tendentis, quo scilicet videtur, tunc ratio coloris est ratio quae, ratio vero talis coloris est ratio sub qua, quia visio albedinis est actus in determinata specie, quam ob causam ratio formalis sub qua in determinata specie debet esse; et hoc fit per aliquam differentiam superadditam ad rationem coloris: cum autem differentia sit, quae rem constituit in determinata specie, et albedo sit differentia coloris, hinc est, quod albedo specificat actum, quo videtur et consequenter respectu ipsius se habet, ut ratio formalis sub qua.

Hic praesentibus, ut facilius percipiatur differentiam, quae tam inter visivas ex una parte, et ex altera inter earum objecta invenitur, quaeritis, per quid constituitur objectum taliter scibile? ad quod respondeo, quod objectum constituitur in determinata specie scibilis per liberam abstractionem a materia cum determinato principio particularis scientiae. Pro cuius intelligentia advertite, quod objectum debet proportionari cum potentia, cuius est objectum, et propter hoc, quia potentia visiva materialis est, videre nequit quod non est materiale. Similiter cum intellectus sit potentia immaterialis, cognoscibile, quod est eius objectum collocari debet in eodem gradu immateriali, ut cum intellectu, tamquam cum eius potentia possit proportionari.

Quapropter ut objectum, quod in se materiale est, ab intellectu cognoscatur, debet quasi exui, et denudari in materia, quod tripliciter fit, abstractendo scilicet illud a materia singulari, sensibili, et intelligibili. Per materiam singularem intelligitur in presenti omne id, quod atinet ad individuationem, vel singularitatem rerum sensibilium, ut haec manus, haec ovis. Quare scientia, quae agit de rebus sensibilibus, eorum singularitatem non considerando, dicitur abstractere a materia singulari, ut Physica, quae de rebus sensibilibus tractat, vapore, nempe frigore, calore &c. quoniam eorum consideret singularitatem: unde, quia nulla est scientia, quae a materia singulari non abstrahat, ideo de singularibus praesertim materialibus non datur scientia.

Materia sensibilis sunt omnes qualitates, color nimirum, odor, sonus, et alia, quae omnia materia appellatur sensibilis, quia sensibus percipiuntur: scientia igitur, quae eorum considerant objectum sine praedictis qualitatibus dicitur abstractere a materia sensibili. Similes sunt Mathematicae, quae corporis quantitatem attingunt, nihil curando de eius durezza, vel albedine. Materia intelligibilis est substantia corporea sic dicta, quae intellectu solo percipitur. Unde ab hac materia abstrahit scientia, quae vel de rebus immaterialibus agit, ut sunt Deus, Angelus, et Anima rationalis, vel quae agit de rebus, quae possunt esse sine materia, ut sunt habitus, et substantia &c. huiusmodi est Metaphysica agens de omni ente sub conceptu entis, quod abstrahit ab omni materia, et ideo supremum obtinet gradum abstractionis a materia.

Tandem pro complemento huius tractatus ponere licet condiciones pro omni objecto assignatas, quarum 1.^a est, quod sit unum, non in esse rei, sed in esse objecti, sive in ratione formali sub qua, unitate aliqua, a qua scientia unitatem suam possit deducere. 2.^a est, quod in esse objecti habeat aliquas proprietates a scientia demonstrabiles. 3.^a est, quod sit quid completum, et ad aliquid per se non ordinatum. 4.^a quod sit universale, quia de singularibus non datur scientia. 5.^a quod contineat omnia, de quibus agit scientia; utrum haec ultima propria est objecti adequati.

Explicantur quidam termini in argumentis frequentius occurrentes Sectio Unica.

Consulto hoc vobis, quos aduco, explico terminos, quia multoties propositiones equivocae sunt ob illorum ignorantiam, quod, ut citetur, hoc veluti in compendio, frequentius exponam, ut quantum fieri poterit, pro solutione recurrere valeat, usque dum et ampliore, et opportunitate positae intelligentiam adipisceremur. Sint ergo primo loco explicandi termini illi, formaliter, et materialiter. Tunc aliquid conbe-

nit formaliter rei, vel hoc est formaliter aliquid, quando de ipsa affirmamus aliquam perfectionem ratione forma illi convenientem, ut quando dicimus: Sacerdos disputat, nam disputare convenit sacerdoti, et cuilibet alio subjecto ratione forma, scilicet sapientia, et doctrina. Contra autem materialiter significat predicatum verificari de subjecto ratione materia, vel partis materialis, cum dicitur album disputat: disputare enim non convenit homini alio ratione albedinis, quae solum est forma in esse albi, sed ratione hominis, qui est substantia sive materia concreti albi.

formaliter, et identice Pluries semp formaliter accipitur, ut opposita huic identice si identice: et sic tanta indicat predicatum esse de primaria, et metaphysica parte subjecti, ut cum dicimus rationalis est formaliter animal: identice tunc significat predicatum esse idem cum subjecto, sed extra essentiam metaphysicam ipsius, ut al identice est rationale. Uterius: semp formaliter potest accipi, ut opposita huic voci objective, et tunc significat predicatum convenire subjecto ratione actus tendentis in objectum: objective vero denotat predicatum convenire subjecto ratione objecti. Patet omne hoc in cognitione terminata ad quemlibet hominem, quae quidem formaliter, sive ex parte actus, est spiritualis; objective vero, sive ex parte objecti est materialis.

essentialiter, et accidentaliter essentialiter, et accidentaliter: prima voce utimur, quando solumus significare essentiam, et predicata metaphysica rei, perfectiones scilicet, quae in nullo euentu ei deficere possunt, neque ipsa valet sine illis essentialiter concipi: sic dicimus, hominem esse essentialiter animal rationale, quia haec predicata, ut pote metaphysica hominis numquam ei deficere possunt. Ex accidentaliter significat esse in subjecto aliquam perfectionem, quae, quia cum ipso non identificatur, valet subiecto eodem remanente, ab illo separari, ut quando dicitur: homo est albus, quod eodem predicatum, quia potest homini deficere, quin immutetur homo, propterea ei accidentaliter convenit.

absolute, et respective absolute, et relative: absolute significat predicatum convenire subjecto absque ordine ad aliud: sic Petrus absolute est sapiens, quia sapientia ipsi convenit absque aliquo respectu, et ordine ad aliud. Relative contra denotat predicatum convenire subjecto ex comparatione ad aliud: sic Episcopus respectu populi dicitur Dominus, et respectu Regis, ut sexus habetur. = transitive, et intransitive. Prima vox transitive et intransitive significat aliquid subjecto convenire, verum non permanentem, et ratione propria entitatis, sed transeuntem, et soluti ab alio communicatum, quod contrarium euenit in altera voce intransitive: exemplum habetis in lapide, dum proicitur, in quo virtus se movendi reperitur solum transeuntem, sive transitive ratione qualitatis, sive impulsus, quem impellens ei communicabit. Converso autem intransitive inquit aliquid subjecto permanentem convenire, sicut convenit calori permanentem, sive intransitive virtus productiva alterius caloris.

signate, et exerce signate, et exerce: tunc predicatum convenit signate subjecto, quando in illo velut in igno representatur predicatum, quod realiter est

in subiecto, ut patet in Leone picto, in quo solum signate est ferocitas, quae in vero Leone a parte rei, seu physice reperitur. Exercite vero denotat aliquam perfectionem vere, et realiter esse in subiecto, ut patet in homine, qui vere, et exercite est animal rationale. Verum ad aliam significationem forsitan propioram adducitur ex hac signate; ad significandum scilicet predicatum quod affirmamus de subiecto, solum per se illi convenire: sic Antonio per se si dicimus solum in potentia, et per se illi convenire esse animal rationale, dum vero realiter existit, illum exercite esse animal rationale dicimus.

Merita signate et exercite.

Alia est

distinctio, qua clauditur his terminis: quo ad an est, et quo ad quid est: tunc quo ad an est, et quo ad quid est aliquid cognoscimus, quo ad an est, quando precise cognoscimus existere, si ve esse in seum natura; in quo vero consistat eius essentia ignoramus: quando vero essentiam, et quidditatem eius cognoscimus, dicitur nos rem intelligere, quo ad quid est: Vg. sit Aristoteles, Petrum esse, sive existere; in quo autem consistat essentia hominis, omnino ignorat, tunc cognitio eius est cognitio precise quo ad an est; Phyllis vero ultra cognoscere Petrum existere, ultra eius sit, essentiam hominis esse animal rationale; unde cognitio eius, nec dum quo ad an est, sed etiam quo ad quid est nominatur.

Positive, et negative:

Positive, et Negative.

termino positive utitur ad significandum, predicatum subiecto convenire ratione alicuius forma positive, quam habet: sic homo habens divitias, dicitur, et est positive dives, nam habet formam positive, divitiarum scilicet; contra autem tunc dicitur, subiectum aliquid esse, vel habere negative, quando nec habet formam positive, nec aliam huic positive forme oppositam; sit exemplum in homine in peccatis naturalibus constitutus; hic enim, dummodo peccatum non haberet, diceretur negative justus, quia, nec haberet gratiam, quae est forma positive, quae quid efficitur justus, nec aliunde peccatum, quod forma gratiae opposita Actualiter, et Aptitudinaliter: tunc dicitur, aliquid esse actualiter tale, vel habere actualiter aliquam perfectionem, quando praebet formam ad quam habet inclinationem: quando autem non formam, sed quaevis naturam inclinationem habet, tunc dicimus illud esse aptitudinaliter, vel habere solum aptitudine formam: Vg. homo sine iusticia, vel gratia solum aptitudinaliter est justus, quia habet inclinationem ad gratiam vel ad iustitiam adipiscendam; homo vero justus, quia actualiter habet iustitiam et gratiam, deo justus actualiter dicitur.

Actualiter, et Aptitudinaliter

Adequate, et inadequate

Adeq, et Inadeq

quate, sive totaliter, et partialiter: adequate, sive totaliter utimur, quando loquimur de subiecto secundum omnes perfectiones ipsum constituentes tale in sensu, in quo de illo loquimur; sic dum fit sermo de homine in esse hominis, dicimus, essentiam eius adequate, sive totaliter considerare in his predicatis animal rationale. Si autem volumus significare in homine Vg. aliquot predicatum, quod non sit tota eius essentia

ut est animal, tunc dicimus hominem constitui inadequate, non pariter
liter per predicatum animal.

ut quod, et ut quo Sed in distinctionem in Disputationibus satis per
quentem, ut quo nempe, et ut quod, cuius varia sunt significaciones: aliqu
ando enim ut quod significat causam principalem, et ut quo causam inst
mentalem: sic Pictor, qui est principalis causa picturae, pingit ut quod
nihilum, quia, et id, quo pictor pingit, solum ut quo. Aliter ut quod signi
cat superitum agens, et ut quo virtutem, qua hoc superitum agit; sic homo
citius, et est principium ut quod volitionis; voluntas vero, quo est virtus, et
potentia ad volendum, solum est principium, ut quo. Uterius: 1^o ut quod
Aliter ut quod, et ut quo Denotat formam, vel quasi formam, et ut quod subjectum denominatum
a forma: sit exemplum in homine sapiente: homo enim, qui est subjectum
sapientiae, denominatur sapiens ut quod; sapientia autem ut pote for
ma est id, quo homo sapiens denominatur.

Virtualiter, et eminenter: pr
Virtualiter, et eminenter ma vox denotat, predicatum, quod de subjecto affirmatur non reperitur
formaliter in ipso, esse tamen in ipso virtutem equivalentem: sic calor solis
dicitur virtualiter calor ignis, quia licet in sole formaliter non reperiat
tur, est tamen cum eadem virtute, ac in igne. Non eminenter, quamvis per
plexius cum voce virtualiter confundatur, nihilominus rigorose accepto
solum inuit, predicatum non reperitur formaliter in subjecto, esse in eo
maiori perfectione, quam in eo, in quo formaliter reperitur. Sic quia
perfectiones omnes sunt excellentiori modo, quam in creatura, dicitur
mus Deum eminenter illas continere. His premissis, quaeque vobis
omnibus presentia teneatis, queso, pro sequentium omnium vera, facili
et clara intelligentia, ad questiones proamiales debentur.

Tractatus Primus

Questionum Proamialium. Disputatio I^a

De quacumq^o re, ait Philus 1^o part. cap. 1^o rix operetur quid an sit? qu
od in logica superuacaneum est in dubium vertere, cum tali ac tan
ta sit antiquitate firmatum. 2^o quid sit? id est quam essentiam, et
quiditatem habeat. 3^o qualis sit? id est quibus passionibus, vel proprietatibus
gaudeat. 4^o propter quid sit? id est ad quem finem ordinetur, quod
omne Deo dante prestabimus, unde sit

Questio Prima. Vtrum logica sit proprie, et sim
pliciter scientia? referuntur sententiae. Sectio I^a

Ut clarius difficultatem percipiatis iutate 1^a Logicam diuidi in actualam
et habitudalem. Habitudo est habitus recte dicendi, et diderendi.

Actualis est actus ipse, quo recte dixerit, et dicuntur. 2^o in qualibet scientia tres partes communiter inveniuntur, quarum prima demonstrativa, seu analytica vocatur. 2^a topica, seu probabilis. 3^a sophistica, seu fallax. 1^a est, in qua rationes demonstrantur de objecto. 2^a in qua ex principiis probabilibus aperitur circa objectionem pro veritate inveniendum. 3^a est, in qua sophisticè, et quibusdam fallaciis de objecto tractatur, et hæc potius obumbrat, quam aperit veritatem.

Textio logicam dividi ulterius in docentem, et utentem: logica docens est, qua intellectum suis regulis instruit, ut recte definiat, dividat, et arguat. logica utens dicitur, qua eisdem utitur regulis in recta constructione definitionis, divisionis, et argumentationis &c. Hoc prenotato duplex in hac re est sententia. 1^a est Alberti Magni, Boeti, et plurimum antiquorum. 2^a est iam quasi dogma in scholis receptum, cui libenter adicimus. unde sit

Asextio Nostra Sectio 2^a

Logica est proprie, et simpliciter scientia: probatur sic. Scientia simpliciter talis est habitus per demonstrationem acquisitus; sed logica est habitus per demonstrationem acquisitus: ergo logica est proprie, et simpliciter scientia. Maior est definitio, quam supra de scientia tradidimus, unde negari non potest. Probo minorem: in logica dantur plures demonstrationes, quibus demonstrantur proprietates de eius objecto; sed demonstrationes istæ nequeunt alium habitum acquirere, nisi logicum: ergo. P. man. in logica demonstrantur plures proprietates de modo sciendi; sed modus sciendi est objectum logicæ: ergo. P. ma. in logica, et per logicam demonstratur de Definitione esse claxionem suo definito, de Syllogismo probabili generare opinionem, de Demonstratione generare scientiam; sed omne hoc est modi sciendi proprietates: ergo.

Confirmatur.

Habitus probans suas conclusiones ex principiis evidentibus, et necessariis est proprie scientia; non enim est opinio, aut fides, aliusve habitus intellectualis; sed logica suas probat conclusiones ex principiis evidentibus, et necessariis: ergo est scientia. P. min. hæc principia, que sunt eadem uni textio sunt eadem inter se, dici de omni, dici de nullo sunt principia certa, et necessaria; sed ex his principiis probat logica syllogismum debere constare tribus terminis, ex pluribus particularibus nihil sequi: ergo.

Probatur 2^o Asextio

precipuum fundamentum Asextionum obertendo: ideo logica non est proprie scientia, quia eius objectum utpote ens rationis nequit esse simpliciter scibile, cum non sit simpliciter ens; sed ens rationis est simpliciter scibile quomodo non sit simpliciter ens: ergo ex hoc capite non prohibetur, logicam esse proprie scientiam. P. ma. 1^o licet accidens sit ens solum secundum quod est tamen simpliciter scibile in Mathematica, qua respicit pro objecto

quantitatem: q̄o similiter, quambz ens rationis sit ens secundum quid, potest esse simpliciter scibile.

Secundo: objectum simpliciter conceptum cum suis proprietatibus est simpliciter scibile, cum de illo possint demonstrari simpliciter proprietates illae, cum quibus conectitur; sed ens rationis potest esse, et est simpliciter conceptum cum suis proprietatibus: q̄o ens rationis est simpliciter scibile. P̄. m̄d quodlibet objectum est simpliciter conceptum cum eo, quod ita illi necessario conuenit, ut de ipso minime negari possit; ob hanc enim simplicem rationem homo est simpliciter conceptus cum rationali, et irrationali; ens rationis habet proprietates, quae minime de illo negari possunt: q̄o ens rationis potest esse, et est simpliciter conceptum cum suis proprietatibus.

Soluntur Argumenta Sectio 3^a

Argumentum 1^o ex Phyllo lib. 1^o Met. cap. 2. ubi haec habet: si quis Dialecticam, et Mathematicam ut Scientias, et non ut facultates eas pertractet, imprudens est, et earum naturam subvertit: q̄o iuxta mentem Phylli imprudentia est Logicam, tamquam Scientiam pertractare. 2^o et ex eodem Phyllo lib. 2^o Met. cap. 3. ubi ait: absurdum est simul querere Scientiam, et modum sciendi: q̄o cum Logica sit modus sciendi absurdum est illam simul ut Scientiam querere, et nominare. = Ad primam Phylli auctoritatem sic, ibi loqui Phyllo de Logica, quatenus utens est in pertractatione, quo sensu fatemur, Scientiam non esse, cum prout sic tantum sit tentanda per argumenta probabilia, disponentia ad veritatem consequendam. = Ad secundam respondeo, Anam solum intendere, et velle, quod illa Scientia, quae est modus sciendi debeat disci prius, quam cetera alia.

Argumentum 2^o ratione: Logica nequit adquiri per demonstrationem: q̄o non est Scientia. P̄. an̄s demonstratio semper supponit Logicam, et est eius effectus, cum semper fiat ex ipsius directione; sed Logica nequit adquiri per id, quod illam supponit: q̄o si demonstratio semper supponit Logicam, nequit haec per illam adquiri. = Ad argumentum respondeo negando antecedens, ad cuius probationem distingo maiorem: Demonstratio artificiosa facta semper supponit Logicam concedo maiorem; demonstratio naturaliter facta nego maiorem, et contra minori nego consequentiam.

Dicimus q̄o duplicem dari Logicam, naturalem, scilicet et artificialem: naturalis est virtus ipsa intelligendi, seu lumen naturale rationis, de quo Plalmista ait: natum est super nos lumen vultus tui Domine. Artificialis, de qua in presenti est habitus artificiosus facilitans, et rectificans intellectum ad rectam veritatis cognitionem. Fatemur q̄o, quod hic habitus artificiosus causatur, et generatur per primam demonstrationem, quam quidq̄ in materia logica est; verum ut haec fiat, sufficit Logica naturalis, seu intellectus ipse, qui cum ex se sit virtualiter scientificus, contineat q̄o tamquam in semine principia omnia, potens est primam demonstrationem logicalem formare, per quam adquiritur habitus Logicae artificialis; quare prima demonstratio facta in ma-

ria logica solum supponit, et est effectus logica naturalis, non autem artificialis.

Argues 3.^o facultas, cuius objectum nondum est certo cognitum, nequit passionem de illo demonstrare; sed objectum logica nondum est certo cognitum; dubitatur enim, an sit ens reale, vel ratio: ergo logica nequit passionem demonstrare de eius objecto. Tan-
sie; sed facultas, qua nequit passionem de eius objecto demonstrare, non est proprie sciencia: ergo logica non est proprie sciencia. Respondeo, distinguendo maiorem facultas, cuius objectum sub nulla ratione est certo cognitum, nequit passionem de illo demonstrare, 1.^o maiorem; cuius objectum nondum est certo cognitum sub ratio-
ne, qua per accidens se habet, ut de illo passionem demonstrantur nego maio-
rem, et distingo minorem: objectum logica non est certo cognitum sub ratio-
ne modi sciendi nego minorem; sub ratione entis realis, aut rationis con-
minorem, et consequentia negata, minorem illam subiunctam concedo, et nego
consequentiam. Solucio ipsius terminis distinctionis patet; passionem enim non de-
monstrat logica de eius objecto, quia sit ens reale, aut ratio; hoc enim
per accidens se habet, sed solum agit de illo, quia est modus sciendi, sub
qua ratione certissime apud omnes est cognitum, quod unice requirit ar-
gumentum, ut in logica propria ratio sciencie salvetur.

Obiicitur 4.^o objec-
tum formale cuiuslibet sciencie est simpliciter scibile; sed objectum for-
male logica, quod quod plurimum est ~~modum sciendi~~ ens rationis, non est sim-
pliciter scibile: ergo logica non est simpliciter sciencia. P. min. unumquodq.
est scibile in quantum est ens; sed ens rationis non est simpliciter ens, cum
sit ens fictum, et veluti entis umbra: ergo ens rationis non est simpliciter scibi-
le.

Respondeo ad Argumentum concessa maiori negando minorem, ad cuius
probationem distingo maiorem: unumquodque est scibile in quantum est
ens conceptum cum suis proprietatibus, concedo maiorem; in quantum est ens
absolute iantum, nego maiorem, et distingo minorem; ens rationis non est
simpliciter ens, nec simpliciter conceptum cum suis proprietatibus, nego ma-
iorem; non est simpliciter ens, et tamen est conceptum cum suis proprie-
tatibus, concedo minorem, et nego consequentiam. Itaque scibilitas non
 Et quo magis, quod si numerator denominator aequet, ut $\frac{1}{1}$, tunc
 æquivaleret 1. Si vero excedat, ut $\frac{4}{3}$, tunc erit 1 totus, quoties deno-
 minator continet, ut $\frac{8}{3}$, ubi numerator æquivaleret 2: veru
 fractiones hæc sunt vixæ, et improprie.

Itaque fractio propria eo est

major, quo proportio inter numeratore, et denominatore fue-
 rit major: unde hæc fractio $\frac{1}{3}$ majoris valoris est hæc $\frac{1}{6}$: quia in hæc
 proportio est minor, ut pote subdupla, cum in prima sub-
 tripla tantu sit: unde quotus est signu majoris, vel minoris valo-
 ris fractionu. Quia quo major, vel minor est proportio, eo major, vel minor est
 etiam valor fractionis, scilicet, quo major est quotus, minor est valor, et e-
 contra.

Corollarium I.

Ratio n. obstantibus denominatore, et numeratore diversis, frac-
 tio est æqualis alteri, si eadem fuerit proportio; vnde $\frac{1}{2} \frac{2}{4} \frac{4}{8}$: quia quotus est
 $\frac{2}{1}$, vel $\frac{1}{2}$, si denominatores dividantur per numeratore. vide A.

$$\begin{array}{r} A \\ \frac{1}{2} \frac{2}{4} \frac{4}{8} \end{array}$$

Corollarium secundum

Ratio si numerator, et denominator per eundem numeru multi-
 plicentur, seu dividantur, eod erit valor fractionis, licet tunc sint
 vel maiores, vel minores, quia eadem remper manet proportio, iuxta
 Axioma arithmet. Theorem. 2. sect. Ia. vid. C. et B.

$$\begin{array}{r} B \quad D \\ \frac{2}{4} \frac{2}{6} \frac{4}{12} \quad | \quad \frac{2}{6} \frac{4}{12} \\ \frac{12}{24} \frac{1}{2} \frac{2}{4} \quad | \quad \frac{12}{24} \frac{1}{2} \end{array}$$

Veru ut habeas frac-

tionem ejusdem valoris, quare communu denominatore hoc modo:
 si fractio $\frac{2}{6}$ dividat denominator per numerator: si divisio
 fuerit sine residuo, quotus cum unitate multiplicata erit fractio
 æquivalens precedenti, ut patet in B. Si vero aliquid super-
 fuerit, divide per illud primu divisore: si adhuc supererit,
 divide quu divisore per hoc residuu, et sic quousque nihil rema-
 neat, et tunc ultimus divisore erit major divisore communis præ-
 cedenti prima fractionis. Quo facto utere regula auxilia. Si ex-

$$\begin{array}{r} A \quad B \\ \frac{2}{6} \frac{1}{3} \quad | \quad \frac{2}{6} \frac{1}{3} \\ \frac{12}{36} \frac{2}{12} \quad | \quad \frac{12}{36} \frac{2}{12} \\ \frac{12}{36} \frac{2}{12} \quad | \quad \frac{12}{36} \frac{2}{12} \\ \text{si } 12: 36 = 6: 15 \\ \frac{12}{36} \text{ id est ac } \frac{6}{15} \end{array}$$

plū: pone fractionē hāc $\frac{12}{30}$: ut q̄. ead ad fractionē ejusdē valoris
 diminubū, reducās, divide denominatōrē 30 per numeratōrē 12,
 ruperiūt 6; divide nūc 12 per 6: nihil q̄. remanet: igit̄ 6 ē major
 communis divisōr 12, et 30, ac. proinde erit numeratōr fractionis
 querēda: nunc regula auxea: si 12:30 = 6:15; vide C. D. et c̄.

De Operationibus circa Fractiones

Circa fractiones fiunt eadē operationes, ac circa numeros in-
 tegros: unde constat additione, subtractione, multiplicatiōe,
 &c. verū ad hāc nūc ē, fractiones reducere ad communē
 denominatōrē, q̄. ē dividere totū in similes p̄tes, q̄. datur
 divisū in diuisimiles: v̄ḡ. ultra diuisa in sextas, medias, et
 quartas p̄tes, p̄t̄ dividi in p̄tes similes, v̄t̄ tota dividatur in
 sextas, vel octavas: verū taliter ut $\frac{2}{3}$ v̄ḡ. aequivaleat $\frac{4}{6}$: $\frac{2}{3}$ ad
 $\frac{3}{6}$: q̄. fit hoc modo.

Problema primum.

Reducere fractiones ad comunē denominatōrē: operare
 sic: sint A, et B v̄ḡ. que reducī debeāt. Duc denominatōrē B
 A v̄l̄ et, in denominatōrē A: n̄pe 2, et habebis denominatōrē com-
 munē utriq̄. fractioni. Duc in super denominatōrē B in nu-
 meratōrē A, v̄l̄ et in 1, et habebis etiā numeratōrē fractionis
 A. Duc postea denominatōrē A in numeratōrē B, et factū ē
 numeratōr hujus fractionis: vide q̄. qualiter fractiones
 re per comunē denominatōrē aequivaleāt proximis.

Si v̄o tres,

$$\begin{array}{r} 1 \\ A \\ \hline 1 \\ 2 \\ 8 \end{array} \quad \begin{array}{r} 2 \\ B \\ \hline 1 \\ 1 \\ 1 \end{array}$$

A.	B.	C.	12	10	24
15	10	24	15	10	24
$\frac{3}{4}$	$\frac{2}{3}$	$\frac{2}{3}$	$\frac{15}{60}$	$\frac{10}{60}$	$\frac{24}{60}$
	60				

aut plures sint fractiones, que reducēda v̄t̄, ut A B C, duc deno-
 minatōrē fractionis C in denominatōrē fractionis A, et factū
 duc in denominatōrē B, et etiā in ejus numeratōrē. Duc postea
 denominatōrē A in denominatōrē B, et factū duc in nume-
 ratōrē C. Duc in super denominatōrē C in denominatōrē B,
 et factū duc in numeratōrē A, et tūc habebis tres fractiones
 ejusdē valoris.

Problema 2^o

Fractiones addere. Sic operare: quesito comunē denominatōrē, mo-
 do explicato, iunge numeratōres, et illos adde: quo quidem modo fit
 etiā subtractio, n̄pe subtrahēdo numeratōrē a numeratōrē. v̄de
 q̄. et c̄. Si autē major fractio a minori cū aliquo, vel aliquibus
 numeris integris, sit subtrahenda, tūc frange numerū inte-
 grū multiplicatiōe ejus per denominatōrē fractionis adijun-
 te, et habebis fractionē, a qua subtrahē fractionē datā modo,
 quo hic dictū ē. Prō Problema v̄. q̄. p̄tes numeri numeri sūt;

$$\begin{array}{r} F. \\ 6 \\ 2 \\ 12 \\ \hline 20 \\ 3 \end{array} \quad \begin{array}{r} C. \\ 8 \\ 6 \\ 12 \\ \hline 12 \end{array}$$

B.		
$\frac{2}{4}$	$\frac{1}{4}$	
32	16	$\frac{8}{32}$
$\frac{33}{8}$	$\frac{2}{4}$	$\frac{16}{32}$
32		$\frac{16}{32}$

q. valva proportione ead ipsu operandū ē, sicut ead integru nu-
meris vid. P.

Problema 3iij.

Fractiones multiplicare. si fractio per fractione multiplicanda
ē, due denominatores in se, et etia numeratores, et habebis
fractione inde resultate, que ē productū. Demonstratio ē; q^a mul-
tiplicare ē a numero totū multiplicandū, quoties unitas ē in mul-
tiplicatore; ē in multiplicatore ē medietas unitatis: q. sola assumitur medietas
multiplicandi, qui ē dimidiū: q. productū ē $\frac{1}{2}$. vid. S.

$$\begin{array}{r} 8 \\ \frac{1}{2} \times \frac{1}{2} \\ \hline \frac{1}{4} \text{ productū} \end{array}$$

Problema 3iij.

Multiplicare fractione per numerū integru. operatio: multiplica integru
per numeratōre fractionis, et infra productū vcribe denominatōre q^{id}-
de fractionis. vide H. Si vō integer ead fractione multiplicandus sit per
fractione, operare hoc modo: trāge integru ductū q^{id} in denominatōre
sue fractionis, et factū resultati adde numeratōre q^{id}de fractionis, et
operare per Problema 3iij.

$$\begin{array}{r} 3 \\ \frac{6}{4} \text{ per } 3 \\ \hline \frac{18}{4} \end{array} \quad \begin{array}{r} 3 \\ \frac{3}{2} \\ \hline \frac{6}{2} \\ \hline \frac{18}{2} \end{array}$$

Si vō integer ead fractione per integru ead
fractione ad iuncta multiplicandus sit, trāge integros utroq^{ue} per
denominatōres eorū fractionis, ut in operatōne anti. postea adde nume-
ratorē productū, et operare per Problema 3iij. ad fractione multipli-
canda, ex q^{ue} habebis quesitū, q^{ue} erit fractio ex illis oibus resultas.
Et ut recte agnosca q^{ue} valore, divide numeratōre per denominatō-
re, et quotus ē valore. Demonstratio huius ead inuisa ē principio, ac Pro-
blema 3iij, ut reflectēdi patebit

$$\begin{array}{r} 7 \frac{1}{2} \text{ per } 7 \frac{1}{2} \\ \frac{49}{2} \\ \hline \frac{147}{2} \end{array} \quad \begin{array}{r} 7 \frac{1}{2} \\ \frac{14}{2} \\ \hline \frac{28}{2} \\ \hline \frac{49}{2} \end{array}$$

Ex hoc inferes, q^{ue} multiplicare per frac-
tiones potius ē dividere, quā multiplicare, v^{el} q^{ue} per $\frac{1}{2}$ produci $\frac{1}{2}$,
q^{ue} idē ē, ac medietate 2 accipere: unde si habere volueris dimidi-
ū, vel quartā p^{ar}te alicuius numeri, vel etiā $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{4}$ $\frac{4}{5}$ multiplica
numerū datū per numeratōre, et divide factū per denominatō-
re.

Problema 3iij.

Fractiones dividere. Si fractio A per B dividenda sit, que communi de-
nominatōre, s^ut supra Problemate primo, et divide numeratōre unius per
numeratōre alterius, sicut in additione, et subtractione, et quotus ē quo-
tus denotans continētia unius in alio: si vō fractiones date sint
quodē denominatōre, ut C. D, tūc divide numeratōre unius per al-
terius numeratōre.

$$\begin{array}{r} A \\ \frac{1}{2} \\ \hline \frac{1}{2} \end{array} \quad \begin{array}{r} B \\ \frac{2}{2} \\ \hline \frac{2}{2} \end{array} \quad \begin{array}{r} C \\ \frac{6}{12} \\ \hline \frac{3}{12} \end{array} \quad \begin{array}{r} D \\ \frac{3}{12} \\ \hline \frac{3}{12} \end{array}$$

Operatio 2a: si fractio A dividenda sit per inte-
grū B, 2 divide numeratōre per integru, et quotus ē quotus: vel
multiplica denominatōre per integru, et supra factū vcribe nu-
meratōre: utroq^{ue} enim modo minuitur equaliter proportio inter
numeratōre, et denominatōre, ac proinde quotus ē idē, ut $\frac{2}{12}$ $\frac{1}{6}$.

$$\begin{array}{r} A \\ \frac{12}{24} \\ \hline \frac{12}{24} \end{array} \quad \begin{array}{r} B \\ 2 \\ \hline \frac{2}{24} \end{array} \quad \begin{array}{r} C \\ \frac{12}{24} \\ \hline \frac{12}{24} \end{array} \quad \begin{array}{r} D \\ \frac{2}{24} \\ \hline \frac{2}{24} \end{array}$$

Operatio

$$\begin{array}{r} A \\ 2 \\ \hline \frac{2}{24} \end{array} \quad \begin{array}{r} B \\ \frac{2}{24} \\ \hline \frac{2}{24} \end{array} \quad \begin{array}{r} C \\ \frac{2}{24} \\ \hline \frac{2}{24} \end{array} \quad \begin{array}{r} D \\ \frac{2}{24} \\ \hline \frac{2}{24} \end{array}$$

3a: si integer A per fractione C dividenda sit, multiplica denomina-
tōre per integru B: factū divide per numeratōre C, et quotus

216
 $\frac{6}{1206}$

$2\frac{1}{2}$ $3\frac{2}{4}$
 $\frac{5}{2}$ $\frac{14}{4}$

D
 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$
 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$
 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$

est quantitas. Ratio est: quod dividere 2 per $\frac{2}{4}$ est quod quere, quoties $\frac{2}{4}$ continetur in 2, quod inveniatur factis 2, multiplicato per denominatorem 4, ut in C, et factis divisus, per numeratorem: quod vixi duo ulne continentur quatuor medietates, vel quatuor $\frac{2}{4}$.

Operatio ista: si integer

cum fractione per integrum cum fractione dividendum sit, transige integros modo supra dicto, et adde numeratores, et habebis duas fractiones: tunc operare per primam operationem problematis quinti.

Problema 6

Fractionis fractionis invenire valoris. Fractio fractionis est fractio: si integer assumpta, est tantum quoad aliquas partes, vixi dimidium dimidium. Valor igitur similium fractionum invenitur ductu utriusque denominatoris in invicem, unum per aliud, et supra factum, posito numeratore, ut in D. Si vero numeratores fuerint diversi, duc etiam eos in se, et factum voca supra factum denominatorum in invicem, ut in E: sic habebis fractionem simplicem, quae potest addere, subtrahere, multiplicare, sicut in numeris integris.

De Potestatibus numerorum

Sect. 10.

Potestas numeri dicitur productum illius per seipsum, vel per aliud ductum. sic Potestas 2 ducti per 2 est 4. lex prima potestas est productum numeri per unitatem: 2a est productum illius per seipsum: vixi 2 ductus, per 2 est 4, et vocatur prima potestas; idem 2 ductus per seipsum medietate 4, et dicitur dignitas 2a. 3a potestas est productum prima per 2a, ut dictum est in progressionem geometrica, quod prima potestas resultat ex una multiplicatione; 2a ex duobus; 3a ex tribus: et significatur hic radix: prima radix, secunda quadrata, tertia cubus. P. Radix etiam significatur hac nota $\sqrt{\quad}$: unde hoc $\sqrt{4}$ radicem quadratam quaternariam; et hoc $\sqrt[3]{8}$ radicem cubicam significat. Radix igitur accipit denominationem ab illa potestate, quae producit; unde dicitur quadrata, si quadratum numeri producat; cubica, si cubum: quod omne perspicue in hac tabella ceanere poterit, ubi et numero, atque nomina, et potestates numerorum habebis.

Ra- dix	Qua- drata	Cubi.	Surde- folida.	Quadrata Cubi.	Surdefolid Secunda.	Surdefolida Secunda.	BiQuadrati Quadrata.	Cubus Cubi
1	1	1	1	1	1	1	1	1
2	4	8	16	32	64	128	256	512
3	9	27	81	243	729	2187	6561	19683
4	16	64	256	1024	4096	16384	65536	262144
5	25	125	625	3125	15625	78125	390625	1953125
6	36	216	296	7776	46656	279936	1679616	9977696
7	49	243	2401	16807	117649	823543	5764801	40353607
8	64	512	4096	32768	262144	21097152	16777216	134217728
9	81	729	6561	59049	531441	4782969	853046721	7677420489
10	100	1000	10000	100000	1000000	10000000	100000000	1000000000

In hac 3. tabella nove camulas invenietis, in quarum prima radice, in 2a quadratum, in 3a cubus, in quarta biguadrata, hoc est, quadratum quadrati; in quinta surdosolida, sic dicta, 9a numeri in ea contenti respondens multiplicatione alicujus numeri ex decem primis: ut 22, qui ex nullius multiplicatione resultat. In 6a camula adstant quadrata-cubi, hoc est, productum cubi per remetipsum. In 7a surdosolida 2a, 9a nec ex multiplicatione quadrati, aut cubi, aut alterius per remetipsum resultat, ut 128: in octava biguadrati-quadrata, hoc est, productum biguadrati per remetipsum. In nona cubus-cubi, 9a resultat ex ductu cubi in se, et in quadratum eius, ut 512, ex ductu 8 primi cubi in se, et quadratus, et quadratus in 64, qui est quadratum 8.

Adverte

1	4	9	16
+3	5	7	
4	9	16	

tamen, 9a numeri primi impares, ut 3.5.7 in potestates, 9a in resultat ex alicujus multiplicatione: possunt etiam esse radices. Nota 2o 9a ex unitate, et primo impari fit primus quadratus: ex hoc, et 2o impari fit 2us quadratus: unde quadrata ascendētia differunt in imparibus ascendētib. Sic quadratum 9 differat a quadrato 4 in impari 5, et quadratum 16 a quadrato 9 in tertio impari, nempe 7.

Ex his infer-

retur 1o potestates esse in ratione multiplicata radicum: hoc est: si radices sunt in dupla, quadrata sunt in quadrupla &c. ut videre est in 1o. Pro quo ratio, 9a ratio multiplicatur, du exponens in se ipsa ducitur; unde cellula quadrata, cujus latus sint 3, est ad aliam, cujus latus sit 4, ut 4 ad 16, vel ut 1 ad 4, nempe in subquadrupla: et similiter lapir, et 9a cum 9a corpus cubicum, cujus latus sit 3, nempe longitudo 3, latitudo 3, profunditas 3, est ad aliud, cujus latus sit 4 in proportione, seu ratione octupla; 9a primum corpus habet 64 pedes cubicor, secundus autem 8.

Pro. 2. Q. A. C. 8
 Pro. 1. Q. A. C. 64

Inferet 2o 9a quadrato diviso per quadratum quotus est radius; et cubo diviso per quadratum, quotus est radius. Vide Pro. et C.: unde data soliditate alicujus corporis cubici, et quadrato aree cognito, investigari possunt eius longitudo, latitudo, profunditas &c. ut si sit corpus, cujus soliditas sit 64, quadratum aree 16: divide 64 per 16, et invenies longitudinem, latitudinem &c.

Pro. C. 12
 Pro. C. 4

Inferet 3o 9a ita se habet xadix ad quadratum, sicut unitas ad radicem; 9a multiplicator est ad unitatem, sicut factum ad multiplicandum; 2a radix est multiplicator, et quadratum est factum: 3a eadem ratio idem dicitur de quadrato respectu cubi: unde unitas, radix, quadratum, cubus &c. sunt in progressionē continua geometrica.

Pro. 12
 Pro. 12

Definitio: exponens dignitatis est numerus multiplicationum, quibus dignitates auferuntur, vel divisionum, quibus dignitatum decedunt: unde quadratum est 2a dignitas, quae duas habet divisiones per radicem, ut quotus sit unitas: cubus est 3a dignitas, quae tres habet multiplicationes: ex quo ulterius colligitur, quadratum alicujus numeri posse esse biquadratum alterius: ut 16, qui est quadratum 4, potest esse, et est biquadratum 2: Quod est: quia dignitates sunt in ratione multiplicata radicum: quia si radices crescunt, et dignitates exercere debent.

Theorema primum

P
 $4:16:64$
 $\frac{2}{4} \frac{4}{16} \frac{8}{64}$
 $\frac{12}{16} \frac{16}{64} \frac{64}{16}$

Si plures potentates per alias, similes dividantur, ut quadratum unius numeri per quadratum alterius: quoti sunt dignitates ejusdem gradus: explicatur: 4: 64: 64 sunt radix, quadratum, et cubus: 4: 16: 64 sunt dignitates similes. Dicimus quod radix 2 per radicem 4 divisa, et similiter quadratum per quadratum, cubus per cubum, dabunt quotus 2: 4: 8, qui sunt radix, quadratum, et cubus. Demonstratur: quotus est exponens proportionis inter divisorem, et dividendum; quadratum ad quadratum habet proportionem multiplicata radicum: quod quadrato diviso per quadratum quotus est quadratum quoti radicum per radicem divisa: ut in exemplo.

Theorema 2um.

P
 $16: 4$
 $4: 2: 16$
 $\frac{16}{4} \frac{4}{2} \frac{2}{16}$
 $\frac{4}{2} \frac{2}{16} \frac{16}{4}$

Inter duo quadrata datur medium proportionale: et inter cubos dantur duo media, proportionalia. Explicatur: 16, et 4 sunt quadrata. Dico quod, quod inter ipsa datur medium 2 eandem habens proportionem cum 16, et cum 4. Tale vero medium resultat ex multiplicatione radicum: videlicet 2 cum 4. Inter cubos 64, et 8 dantur 16, et 32 ex ductu quadrati in radice 4, et quadrati 16 in radice 2.

M
 $4: 2: 16$
 $4: 2: 16: 64$
 $\frac{4}{2} \frac{2}{16} \frac{16}{64}$
 $\frac{4}{16} \frac{2}{64} \frac{16}{4}$
 $\frac{4}{16} \frac{16}{64} \frac{64}{4}$

Demonstratio primi: proportionalibus, per equalia multiplicatis, facta manent in eadem proportionem; et radices multiplicari per se, et postea per aliam, est proportionalia multiplicari per equalia: cum radix, qua multiplicatur, sit eadem, multiplicatores vero ipsa, et alia ipsi radice proportionalis: quod factum radicibus per se est proportionale facto alterius per se, quod est quadratum eadem proportionem. Demonstratio 2a pendet ex facili applicatione ejusdem principii. vid. P et M.





Theorema 3^{iu}.

Inter duo plana, licet n. sint quadrata data mediis propor-
 tionale. Explicata inter planū A, cuius latera sint 2, et 4, et pla-
 nū B, cuius latera sint 4, et 8, ē planū mediū resultans ex mul-
 tiplicatione laterū dissimilīs unius, B, et alterius 2, nēpe 16: quia
 A 4. C. 16 B 32. Demonstratio eadē d, ac Theorematis 2ⁱ, et idē
 evenit in corporibus solidis, licet cubica n. sint; nēpe sunt duo
 media proportionalia ex multiplicatione rectorū, ubi ad
 latera dissimilia. Rad: q^a solida, vidē cubica sint, nēpe, addunt
 quadrati novā multiplicationē, per radices, aut per pro-
 funditate: unde ex multiplicatione profunditatis unius per
 rectorū alterius, et e converso, debent emergere duo media
 proportionalia.

Definitio: extractio radicis ē inventio numeri, qui
 ductus per se producat numerū proporitū. Extractio vō radi-
 cis cubice ē inventio numeri, qui in se ductus producat ta-
 le quadratū, q^d per radicē ductū producat cubū, proporitū.
 Prima una nota constat; 2a duabus; et dicitur binomia, vel mul-
 tinomia, si plurius nobis constat.

Problema primū.

Quadratū radicū binomie, vel multinomie componere. ope-
 ratio prima: duc illa in se, ut in B. Operatio 2a divide radicē in plures
 ptes, et fac quadrata (ut in C) ductu B in A; C in D; E in F. et fac rectorū
 ductu B in D. et E. et C in A, et E. F in A, et E. summa omnia, et habebis quadra-
 tū. Explicatur rō operationis: quadratū, cuius radicē dividatur in duo vec-
 menta, equaliter convergent ex quadratū cuiuscuq^e rectorū, et ex duo-
 bus rectorū, nēpe ex factis majorū rectorū per minōrē, et minōrū
 per majorē, ac si radicē integram per se duceretur. Ad m. B radicē 6 divide
 val in duas ptes A, et B, et quadratū 36 conflatur ex duobus quadratū 16,
 et 9, et ex duobus rectorū 2 et 3; ma 16+4+8+9=36: q^d similiter eve-
 nit, etiā si radicē 6 dividatur in tres 2.2.2: quadratū 36 ut in B re-
 sultat. Idē dicendū de quacumq^e aliā radice, etiā si multinomia
 sit, ut A. A. A: immo multiplicatione eius per remedia val fuerit
 quadrata, et rectorū, ut reflectenti, patebit.



Problema 2^o.

Radice quadrata ex numero dato extracte. Operatio prima: numerum datum divide in binos numeros incipiendo a dextera. Secunda: extracte radice quadrata ex numero, vel numeris prime divisionis a sinistra, quae si non habet, quae radice numeri quadrati immediate inferioris: scribe eam in quoto quadrato ejus infra numerum, seu numeros prime divisionis scribe, et subtrahere illud ab hoc. Residuo adijunge duas notas divisionis sequentis: duplum quoti, vel radice fac divisorem, et per eum divide numeros superpositos, notam taliter, ut quotus per seipsum, et per duplum primi multiplicatus non excedat dividendum: scribe q. tale in quoto, et in seipsum, et per alium: productum infra ponendum subtrahere a dividendo. Si alii non sunt resti, finita est operatio: si in exemplo sic est operandum.

$$\begin{array}{r}
 19 \overline{) 7136} \text{ 444} \\
 \underline{16} \\
 371- \\
 \underline{840} \\
 336- \\
 \underline{3536-} \\
 \quad 8840 \\
 \underline{3536-} \\
 0000
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 6 \overline{) 5625} \\
 \underline{12} \\
 256- \\
 \underline{160} \\
 225- \\
 \underline{031}
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 31 \\
 1000 \\
 \hline
 3100 \\
 3100 \overline{) 15570} \\
 \underline{25} \\
 600- \\
 \underline{1050} \\
 525- \\
 \underline{075}
 \end{array}$$

Operatio 3^a: adijunge residuo tertie classis notas: duplicato ultima nota divisoris precedentis, et divide modo supra dicto: multiplica per novum quotum totum divisorum, et etiam ipsum quotum adijunctum, ut de primo dividimus: subtrahere productum, et peractum est. Quotus est radix quadrata.

Si aliquid superfluxum est, multiplica vel per 10, vel per 100, vel per 1000 &c. operare, ut supra, incipiendo a prima operatione: novum quotus est cum multiplicatore fractio: si adhuc in hac operatione superfluxum est aliquid, despicere. Ut vero certius fiat de radice inventa, multiplica eam per seipsum: et si radix fuerit integer numerus cum fractione, multiplica, ut dictum est, reductione de fractionibus. Vide P.

Problema 3^o

Cubum componere. Prima operatio: duc radice in se, et in factum: operatio secunda: distingue radice in plura recamenta, ut in P: fac quadrata ducendo recamenta inferiora per superiora: fac rectangula, ducendo primum recamentum in 2^o, et in 3^o, vel in aliis, si sunt quatuor: et recendum per primum, et tertium: tertium per primum, et recendum: summa omnia, et habebis quadratum, ut C: Duc nunc tam quadrata, quam rectangula per recamenta radice P, et R:

$$\begin{array}{r}
 13 \\
 130 \\
 \hline
 172+ \\
 \hline
 1819 \\
 \hline
 130 \\
 5517+ \\
 \hline
 7336+ \\
 \hline
 79507 \\
 \text{Cubus.}
 \end{array}$$

summa producta, et habebis Cubum. Et eodem modo componitur
 cubus radice simplicis, ut 2. 4. 5. 6. 8. nempe dividendo eam in
 sexcenta, que pariatua, nempe 4 in duos binarios, vel quatuor
 unitates: 6 in duos ternarios, vel tres binarios 9. et multiplican-
 do quadrata, et rextangulos per sexcenta radice.

D A
 10+8
 10+3(1)
 + 20 27+
 360+
 + 20 360+
 1800+
 + 20 360+
 1800+
 + 6 3, 1800+
 1600 12 1000+
 1440
 Quod C. 79507
 Cubus F2

Problema 10.

Extrahere radicem cubicam. Operatio: divide cubum in plura sexcen-
 ta, quorum unumquodque tres numeros habeat: extrahere radicem cubicam
 a primi sexcenti numeris, qui non habeant, quare cubum imme-
 diate inferioris: 64: extrahere ab hoc radice quadrata 4: eam in quo-
 to scribe: duc eam in se, et in factum, et cubum 64 scribe infra 79:
 subtrahere, ut in extractione radice quadrata: residuo infra lineam
 adposito adijunge texta claris notis.

79 | 507 | 123
 64
 15507-
 123
 15507-
 00000

Operatio 2a: quadrato quotum,

et facti triplicem assume pro divisoribus. Divide suprapositum, per eum,
 et cave, ne quotus nimium excedat, propter operationes sequentes.
 Texta: duc novum quotum in divisoribus, et factum scribe, ut in B.
 Quarta: duc novum quotum in se: factum duc in precedentem
 quotum 4: facti triplicem assume, ut in C. Quinta: ex eodem quo-
 to fac cubum, et scribe, ut in D. Summa numerorum B. C. D, et
 summa subtrahere a supraposita infra lineam, et peractum est, si non
 sunt alii tri.

F2
 81 | 716 | 50 | 123
 64
 17716-
 123
 17716-
 00000

Si vero fuerint, ut in secundo exemplo F2, residuo

adijunge texta claris notis, et operare, ut supra, nempe totum quo-
 tum duc in se factum triplicem assume pro divisoribus, ut A: divide
 suprapositum per eum, et duc novum quotum in divisoribus, et scribe
 factum, ut in B: deinde duc novum quotum in se: factum duc in totum
 quotum antecedentem AB, et facti triplicem scribe, ut in C: ultimo fac
 cubum quoti novi, et scribe, ut in D: summa, et subtrahere, ut supra,
 et peractum est.

F2
 2239501-
 15517
 22188+
 02061+
 261+
 2239501

Si aliquid residuum fuerit in prima, vel secunda operatio-

ne, fac ut in extractione radice quadrata, nempe multiplica per 1000,
 aut simpliciter adde tres 000, et procede ut supra, ut in exemplo D,
 in quo superfluent 2: huic numero additi sunt tres 000 in R,
 et operatum est, sicut in precedentem D: quotus autem est 12: q. in se duc-
 tur, et postea factus addito residuo B operationis secunda, produ-
 cit 20000, a quo subtrahitur tribus 000 primo additis, remanet pri-
 mi residuum.

D
 79 | 509 | 123
 64
 15509-
 123
 15509-
 00000
 20000
 1000
 1000-
 20
 6
 12
 8
 728-
 0272

Problema quintū

Alias radices extrahere, nēpe ab alijs potentijs. Operatio, ab ad
 extrahere bī radice quadratā. as ea caret. Ad ab extrahere.emel
 2^o, et ab hac 3^o. a 7 ea caret. Ad ab extrahere 2^o. Ad a 9. 2^o extrahere,
 et ab hac altera 3^o.

A fractionibus extrahuntur radices modo,
 quo ab integris, extrahendo radice a numeratore, et a denomi-
 natoze, et radix numeratoris ē numerator, et radix deno-
 minatoris ē denominator fractionis nove, que ē radix
 fractionis date.


B
 716


C
 27

C
 27

27

e.
3.
20.





2

3

4

Elementa Geometriae.

Proemium.

Principiorum geometriae notitia usque adeo utilis iudicantur priorum nota Philosophi, ut teste Platone academia Principe, nulli absque geometria additur patebat ad physica: hinc academia foribus incubit olim legebatur, hoc pythagoricum: nullus geometriae expertus intrato. Itaque, et si vos geometriae perfectos efficere non intendam (hoc enim plura temporis, et laboris requirit) nihilominus primas institutiones geometriae aequaliter iurabit exponere, ut facilius sic, et quae ad physica pertinent, et quae communiter in usu loquentium obiant sapientissime, distincte intelligere valeatis; eo quod nulla est philosophia parva, in qua perfectior iuxta ratiocinationis formam exuehatur, quam in elementis geometriae.

SECTIO 1^a De Lineis, et Angulis.

Scitis ex Arithmetica, quid sit definitio, quid postulatum, quid theoremata, problema, et tandem, quid, quatuorplex axioma: unde huius in memoria revocatis nunc ad Geometriam, quae corporis extensione considerat, accedite.

1. Quantitas molis vel spectatur in longum, et dicitur linea: vel in longum, et latum et vocatur superficies; vel denique in longum, latum, et profundum, ac solidum vocatur.

2. Lineae terminum dicitur puncta: est autem punctum apud Euclidem, id, cuius nulla pars; sive id, quod concipitur quasi nullas habens partes, licet se ipsa partes habeat.

3. Linea est series punctorum se tangentium. Alia est recta, et est series punctorum se tangentium in eadem directione, ut A. B. (fig. 1^a). Alia est curva, quae a recto tramite deflectit, ut C. D. (fig. 2^a).

4. Si duae, aut plurae lineae eisdem contenta sint terminum, quae recta est, ea est brevis

ultima, ut C. B. (fig. 3^a). ~~Alia e curva~~ Ex curvis autem, quae alias continent, haec sunt contentis maiores, ut C. d. B. Maior est, quam C. e. B. si autem linea contenta in diversarum partem inflexa sit, variegue anfractus efficiat, tunc ea maior esse poterit, quam ea, qua continetur, ut C. f. B. maior est, quam C. A. B.

3 5 Linea paralela dicuntur illae, quae aequaliter oblique a se invicem distant, ut A. B. et C. D. (fig. 1^a).

6 6 Angulus est distractio duarum linearum concurrentium in eodem puncto: ut B. A. C. (fig. 5^a). Punctum, in quo concurrunt lineae dicitur vertex, vel caput anguli, ut A. Circa quod observare solemus; quod angulus tribus literis exprimi solet, quarum media semper punctum cursus, seu vertex anguli denotat. 2^o quantitas anguli metiri non debet ex longitudine linearum, sed solum ex earum distractione. Sic angulus D. C. F. (fig. 6.) maior est angulo G. e. i. (fig. 7.) quamvis brevioribus lineis contineatur: unde angulus iste impositus alio, quamvis maiorem habeat lineam, comprehenditur tamen in illo. 3^o anguli, quos lineae faciunt in superficie vocantur superficiales: et si superficies illa est plana, vocantur plani, et si sphaerica sphaerici.

7 7 Angulus dividitur in rectilineum, cuiusmodi sunt anguli figurarum 5. 6. 7. et curvilineum, si constet ex curvis lineis, ut S. M. N. (fig. 8.) et mixtum, si ex recta, et curva constet, ut O. P. Q. (fig. 9.)

8 8 Quilibet angulus vel rectus est, vel obtusus, vel acutus. Rectus est ille, cuius distractio quarta parte circuli amplectitur: unde stare debet praecise 90 gradibus; quia tota extensio circuli est 360 gradibus: similis est angulus B. A. (fig. 10.): si enim ex vertice huius anguli circulus faciat, habet esse quartam partem circuli cognoscitur; quod etiam patet ex aliis protractis lineis in C, et in D, quorum qualivis aequalis altera pars est.

9 9 Obtusus est ille, cuius linearum distractio est maior, quam quarta pars circuli; unde stare debet plus quam 90 gradibus; similis est angulus C. D. C. (fig. 11.).

10 10 Acutus est, cuius linearum distractio ad huc quartam partem circuli non amplectitur: unde nunquam ad 90 gradus pervenit. Talis est angulus C. D. B. (fig. 11.).

11 11 Hinc colligitur angulos acutos posse esse alios maiores; anguli vero recti semper sunt inter se aequales, quia eisdem gradibus semper stare debent.

12 Si recta linea, ut O. P. (fig. 12.) in duas rectas, quas incidat, plures angulos facit; ex quibus anguli A. B. G. H. externi dicuntur; C. D. E. F. interni: C. et F. idque D. et E. alterni.

Primum Theorema.

Recta linea super alia recta constricta, vel duos rectos angulos facit;

vel duos alios aequales rectos. Ponatur v.g. quod $A.D.$ (Fig. 11) insistant perpendiculariter lineae $C.D.B.$; tunc anguli $A.D.B.$, et $A.D.C.$ erunt recti per definitionem huius sectionis. Sed si lineae $C.D.$ oblique insistant eidem lineae $C.D.B.$; tunc angulus $C.D.B.$ acutus, et angulus $C.D.C.$ obtusus idem spatium occupent, ac duo recti $A.D.B.$, et $A.D.C.$ erunt necesse huius illi aequales.

Corollaria.

- 1 Eodem modo demonstrabitur, si plures rectae, quae una eadem rectae ad idem punctum insistant, angulos, qui per eas efficiuntur, simul duobus rectis esse aequales, ut eadem figura.
- 2 Duae lineae rectae se se mutuo secantes, ut $A.C.D.$, et $B.C.C$ (Fig. 10) efficiunt in puncto intersectionis quatuor angulos aequales quatuor rectis.
- 3 Omnes anguli circa unum punctum constituti, ut in $C.$ (Fig. 13) aequales sunt quatuor rectis; nam sunt quatuor recti in plures partes divisi.

Theorema 2^{um}

Si recta linea $O.P.$ (Fig. 12) duas rectas parallelas secuerit, angulum internum externo ex eadem parte opposito faciet aequale; nam cum lineae $M.N.$, et $M.V.$ sint parallelae, aequaliter inclinantur ad lineam $O.P.$ versus eadem partes; ergo anguli $B.$, et $F.$ vel $A.$, et $C.$, qui sunt per inclinationem linearum $M.N.$, et $M.V.$ ad lineam $O.P.$ necesse sunt aequales.

Theorema 3^{um}

Anguli alterni sunt inter se aequales; nam angulus $B.A.$ (Fig. 11) aequalis est angulo C sibi ad verticem opposito; sed idem angulus $B.$ aequalis est angulo $F.$ per theorema 2^{um}, vel antecedens; ergo angulus C aequalis est angulo $F.$ alternis. Maior veritas ex eo, quod anguli ad verticem oppositi sunt aequales, ut patet in angulo $B.$ (Fig. 11) qui aequalis est angulo $C.$

Theorema 4^{um}

Si linea recta duas parallelas secuerit, angulos internos ad eadem partes faciet duobus rectis aequales. Demonstratur: anguli alterni $C.$, et $F.$ (Fig. 12) sunt inter se aequales per theorema antecedens; at anguli $C.$, et D sunt aequales duobus rectis per theorema 1^{um}; ergo anguli $D.$, et $F.$ ad eadem partes interni sunt aequales duobus rectis.

Sectio 2^a. De Triangulis, quadrilateris, Pentagonis, Hexagonis, et reliquis polygonis.

- 1 Accedimus ad figuram, quae est spatium quoddam undique conclusum; unde angulus, quia non undique concluditur non est figura.
- 2 Lineae autem illae, quibus figura terminatur, simul sumptae, dicuntur ipsius circumferentia, seu Perimeter, ut $S.B.P.D.M.$ (Fig. 25).

3 Trianqulū est figura constans tribus lineis totidē angulos efficiens
tribus, ut (fig. 14).

4 Trianqulū duos nō necessario postulat angulos acutos, nā si unū tantū habeat
acutū, reliqui, vel erūt recti, vel obtusi, quōd dici nequit, ex eo, quod tres eius
anguli simul sumpti equivalent duobus rectis, ut demonstrari valet ope
circuli.

5 Trianqulū potest dividi, vel secundū angulos, vel secundū latera: secundū
angulos dividitur in rectangulū, amblygoniū, et obrygoniū. Rectangulū
ē, quod unū ex angulis habet rectū, ut B. A. C. (fig. 14.) Amblygoniū ē,
quod ex tribus unū habet obtusū, ut D. E. F. (fig. 15.) Obrygoniū ē, quod om-
nes angulos habet acutos, ut G. H. I. (fig. 16.).

6 Trianqulū dividitū secundū latera, aliud ē Scalenū, quod tria latera
habet inequalia, ut C. A. B. (fig. 17.) Aliud dicitur Isosceles, quod duo latera
tantū equalia habet, ut K. M. N. (fig. 17.) Aliud ē equilaterū, quod nempe
omnia latera equalia habet.

7 Si duo trianquli latera sumantur appellentur crura, et tunc tertium latū
dicitur basis.

8 Quodlibet latū potest sumi pro base: in trianqulo autē rectangulo, vel amblygo-
no, basis ē maximū illud latū, quod angulo recto, aut obtuso opponitur,
vel etiā hypotenusa dicitur, ubi agitur de trianqulo rectangulo. In trianqulo
quoque isoscele latū inequale dicitur etiā base.

9 Quadrilaterū ē figura quatuor lineis rectis terminata: et dividitur in
parallelogramū, quod opposita latera parallela habet, ut A. B. C. D. (fig. 18):
et Trapeziū, quod opposita latera nō habet parallela, ut (fig. 19).

10 Quatuor parallelogramū si quatuor angulos rectos habeat, dicitur rectan-
gulū, ut (fig. 20); et si omnia rectanguli latera equalia sint, dicitur qua-
dratū, ut (fig. 21); si vero opposita tantū equalia habeat, vocatur altera
parte longius, ut (fig. 20).

11 Ceterū si parallelogramū nō habet quatuor angulos rectos, tū vel omnia
latera habet equalia, et dicitur Rombus, ut (fig. 22); vel tantū opposita equalia
habet, et vocatur Romboides, ut (fig. 18, et 23).

12 Linea ab angulo quadrilateri ad aliud oppositū ducta, vocatur Diagonalis,
ut B. C. (fig. 23.).

13 Linea recta circulū dividens in duas partes eguales dicitur diameter,
ut S. P. et etiā O. B. (fig. 25).

14 Omnis figura, quae plus quā quatuor latera habet, vocatur comunitē
Poligonū, quod ulterius nōmē sortitur particulare secundū numerū laterū:
unde nōmē hoc poligonū ē genericū; ideoq̄ figura quingē laterū, dicitur poligo-
nū pentagonū: sex laterū, Hexagonū; 7, Heptagonū; 8, Octagonū; 9, Enear-
gonū; 10, quae omnia poligona dicuntur regularia, quando omnia eorū latera

ta sunt equalia: quando vero sunt inequalia, irregularia appellantur.

Theorema 1^o

In omni triangulo angulus externus est equalis duobus internis oppositis: et tres eius anguli sunt equalis duobus rectis.

Sit triangulum $A.B.C.$ (fig. 2A): dico 1^o: tres angulos A , et C , et B . esse equalis duobus angulis rectis; etenim ducatur linea $C.F.$ paralela lateri $C.B.$ certum est angulos c , et b superiori loco junctor, simul cum angulo A , equalis esse duobus angulis rectis per corollarium 1^o theorematum 1^o sectionis 1^{ae} Ime: sed angulus c superior equalis est angulo C inferiori, et angulus b angulo B alterno per theorema 3^o sectionis 1^{ae} Ime: ergo pariter anguli C , et B inferiores equaliter sunt duobus rectis per axioma 3^o nempe, si equalibus inequalia addantur, tota erunt inequalia.

Dico 2^o: angulum externum d equalis esse duobus internis A , et B ipsi oppositis; nam angulus d externus, et B internus simul sumpti sunt equalis duobus rectis per theorema 1^o sectionis 1^{ae} Ime; at qui angulus C , et A simul cum angulo B etiam sunt equalis duobus rectis per demonstrationem precedentem: ergo angulus d externus equalis est duobus internis A , et B oppositis per idem axioma 3^o.

Theorema 2^o

In omni triangulo duo quaelibet latera tertio sunt maiora. Propositio haec innotat axiomaticum est Archimedi; nam, ut supra diximus (definitione 1^a sectionis 1^{ae} Ime) linea recta est brevissima omnibus lineis, quae ab uno puncto ad aliud ducuntur: proinde cum unum trianguli laterum ab uno puncto ad aliud punctum linea recta ducatur; duo vero reliqua a recto examine deflectant, necesse est omnium triangulorum duo quaelibet latera tertio esse maiora.

De Circulo Sectio 3^a

- 1 Circulus est figura sub linea curva ita contenta, ut ab uno puncto, scilicet centro, linea omnes ducta ad lineam circumcurrentem, sint equalis. Igitur circulus non est circumcurrentis linea, quae circumferentia dicitur, sed pars eius in ea inclusiva.
- 2 Circumferentia, seu Periphoria est linea circuli terminans, certaque eius pars cuius vimem, ut $S.B.P.O.M.$ (fig. 25) ubi et circumferentia, et circulus distinguitur et ponitur.
- 3 Circulus ergo sive magnus, sive parvus dividitur a mathematicis in 360 partes, quae gradus communiter dicuntur, unde semicirculus 180 gradus habet. Quilibet gradus ulterius dividitur in 60 minuta prima, et quodvis minutum primum in 60 minuta secunda, et ita deinceps in 3^a, et 4^a recedat.
- 4 Centrum circuli est punctum aequidistantem ab omnibus punctis circumferentiae.

rentia componentibus, ut punctum A . (fig. 25).

5. Diameter circuli est linea recta per centrum ducta, et circulum in duas partes aequales dividens, ut $O.B$. (fig. 25).

6. Radius, seu semidiameter est linea recta ducta a centro circuli ad circumferentiam, ut $A.M$. (fig. 25).

7. Semicirculus est figura comprehensa sub diametro, et semicircumferentia, ut $O.M.B$. (fig. 25).

8. Chorda est quaecumque linea recta intra circulum ducta, et ad circumferentiam utriusque terminata, ut $C.D$. (fig. 27).

9. Arcus est pars circumferentiae circuli, ut $C.E.D$. arcus minor; vel $C.F.D$. arcus maior (fig. 27).

Circumquod duo observate, scilicet: quod cum circulus in 360 gradus dividatur, arcus intra se distinguntur per maiorem, vel minorem numerum graduum, quos quilibet illorum continet: unde, et est arcus decem, et est arcus 30, et est arcus 50 graduum: ex quibus, qui 90 continet, dicitur communiter quadrans circuli; qui vero 180 semicirculus. Tales sunt arcus $O.M$; et $O.M.B$. (fig. 25).

Secundum: quilibet arcus est mensura anguli comprehensi in circuli centro, dum modo duo radii ad arcus extremitates ducantur: sic arcus $C.E.D$ est mensura anguli $C.A.D$. (fig. 27).

10. Tangentis dicitur illa, quae habens commune punctum in circumferentia, quamvis producatum punctum non secat: talis est linea $F.B.C$. (fig. 28), quae circulum tangit in puncto B , quoniam illud secat.

11. Sinus est linea recta circulo inscripta et ad arcum aliquem relata.

12. Sinus rectus alicuius arcus est dimidium linea, quae subtrahitur ad arcum duplum ipso arcu, cuius est sinus rectus: v.g. $B.Y$ (fig. 29) est sinus rectus arcus $B.C$; quia est dimidium linea $B.K$, quae subtrahitur ad arcum $B.C.K$, qui est duplus $B.C$.

13. Sinus versus est pars illa semidiametri inter sinus rectum, et circumferentiam comprehensa, ut $I.C$. eadem fig.

14. Linea $B.F$ dicitur sinus complementi arcus $B.C$; quia arcus $B.F$ est complementum arcus $B.C$ ad quadrantes; nam $C.B.F$ est quadrans circuli.

15. Segmentum circuli est figura sub arcu, et chorda comprehensa; ut $C.E.D$. (fig. 27), quae est minus segmentum, et $C.F.D$, quae est maius segmentum.

16. Angulus segmenti est ille, qui dicitur inter tangentem, et chordam ductam per punctum contactus: tales sunt anguli $C.B.C$. segmenti minoris (fig. 28).

17. Angulus in segmento est ille, qui dicitur duabus rectis formantibus triangulum, cuius unum est chorda: similis est angulus $B.A.C$ in segmento maiori $B.A.C$. (fig. 28). Hic angulus etiam dicitur angulus ad circumferentiam; quia punctum habet in circumferentia, eiusque latera etiam circumferentiae insistent, ut videre est.

18. Sector circuli est figura sub duobus radiis, et arcu comprehensa; ut $D.B$.

De valore angulorum. sectio 1.^aTheorema 1.^o

Angulus ad centrum duplex est anguli ad circumferentiam, si eisdem arcui insistant. Facto in hac propositione expectari possunt casus; 1^{us}; quando unus latus anguli ad circumferentiam in unum latus ad centrum incidit, ut (fig. 30); 2^{us}; quando latera anguli ad circumferentiam, angulus ad centrum includunt, ut (fig. 31); 3^{us}; ad latera anguli ad ~~centrum~~ circumferentiam, et latera anguli ad centrum se se intersetant, ut (fig. 32).

Sint igitur in 1^o casu anguli $A.B.C.$, et $A.D.C.$ (fig. 30) eisdem arcui $A.C.$ insistant. dico, angulum $A.B.C.$ in centro duplum esse anguli $D.$ in periferia: nam angulus $A.B.C.$ externus est oppositus trianguli $C.D.B.$: unde equalis est duobus internis per theorema 1.^o sectionis 2.^e: aliunde anguli isti $D.$, et $C.$ sunt aequales, cum radij, seu lateribus equalibus $B.C.$, et $B.D.$ opponantur: ergo angulus $A.B.C.$ est duplus angulo $D.$

Similiter in 2^o casu (fig. 31) angulus $A.B.C.$ duplus est anguli $A.D.C.$: nam si ducatur linea $D.B.C.$ transiens per centrum $B.$, angulus $A.B.C.$ duplus est anguli $A.D.C.$; et angulus $C.B.C.$ duplus est anguli $C.D.C.$ per demonstrationem precedentem: ergo totus angulus $A.B.C.$ duplus est totius $A.D.C.$

Denique in tertio casu (fig. 32) angulus $A.B.C.$ duplus est anguli $A.D.C.$; nam si ducatur linea $D.B.C.$, totus angulus $C.B.C.$ ex modo demonstrationis duplus est anguli $C.D.C.$ Similiter angulus $A.B.C.$ duplus est anguli $A.D.C.$: huius igitur subtrahendo residuum angulus $A.B.C.$ duplus erit residui $A.D.C.$

Corollaria.

- 1 Angulus centri $A.B.F.$ (fig. 30) insistentis dimidio arcui, cui insistent angulus $A.D.C.$ ad circumferentiam, est huic equalis. Ratio est; nam angulus $A.B.C.$ in centro utriuslibet est duplus: unde cum huius mensura sit totus arcus $A.C.$, necessario arcus $A.F.$, qui est ipsius dimidius, erit mensura anguli $A.B.F.$ ac per consequens anguli $A.D.C.$ ad circumferentiam.
- 2 Anguli in eodem segmento $A.D.C.$, et $A.d.C.$ (fig. 30) sunt inter se aequales. Ratio est; nam singuli sunt aequales dimidio anguli $A.B.C.$ in centro: unde eamdem habent mensuram ex corollario precedenti, scilicet dimidia parte arcus $A.C.$ cui insistant.
- 3 Angulus $A.D.B.$ (fig. 33) in semicirculo est rectus; ratio est; nam eius mensura est quadrans, sive dimidia pars circumferentiae $A.C.B.$ cui insistent: unde cum angulus ad circumferentiam metiri debeat per dimidiam partem arcus, cui insistent, et dimidia pars circumferentiae sint 90 gradus; angulus iste necessario est rectus.
- 4 Facti anguli trianguli equilateralis sunt eiusdem valoris; ratio; quia arcus, qui est mensura valoris cuiuslibet anguli, etiam est equalis. Quod ut experiamini, ex vertice angulorum, circumferentiam facite, ut in (fig. 34).
- 5 Facti anguli trianguli scaleni sunt inequales; ratio; nam etiam arcus cuiuslibet: ad quod circumferentiam facite in triangulo illo scaleno (fig. 35).

6 Tres anguli trianguli sunt aequales duobus angulis rectis. Ad quod triangulum in circulo eformate. In quocumque angulo in quodlibet triangulo metiri debet per dimidium sui arcus oppositi; sed triplex dimidium aequale ^{est} circumferentia: ergo tres anguli trianguli habent semicircumferentiam pro mensura habent: igitur duobus rectis aequales sunt; nam semicircumferentia duos rectos amplectitur. (Fig. 35.)

† semicir.

7 Quatuor anguli quadrilateri sunt aequales quatuor rectis: ratio; quadrilaterum dividi potest in duo triangula; sed quodvis triangulum aequivaleret duobus rectis ex duobus: ergo.

8 Quodvis quadrilaterum circulo inscriptum (Fig. 36) habet angulos oppositos aequales duobus rectis; nam anguli ipsi habent vertex in circumferentia: ergo habent pro mensura dimidium arcus, quo quocumque sustinetur; at arcus ipsi ad circumferentiam amplectuntur: ergo.

9 Omne polygonum rectilineum dividi potest in tot triangula, quot latera habet, duobus exceptis: sit v.g. heptagonum X (Fig. 37): assumite lineam ab angulo in angulum, et quocumque tantum inveniatis triangulos: ergo anguli recti polygoni tot sunt, quot latera illius bis sumpta, si quatuor demas: igitur tot anguli heptagoni aequivalent 10 rectis.

Theorema 2^{um}

In omni triangulo rectangulo perpendicularis ab angulo recto in vassim demissa, facit duo triangula sibi mutuo, et toti similia: v.g. perpendicularis A.D. (Fig. 38) facit triangula D.A.B., et D.A.C. ut sibi mutuo, ut toti triangulo C.A.B. similia. Ratio; quia in triangulis C.A.D., et B.A.D. duo anguli C.A.B., qui rectus est, et A.B.C. sunt aequales duobus A.D.B., qui etiam rectus est, et A.B.D.: ergo et tertius A.C.B. est aequalis tertio D.A.B.; quia quoties in uno triangulo duo illius anguli aequales sunt duobus alij alterius trianguli, etiam tertius tertio est aequalis: igitur ista triangula sunt equiangula: ergo latera habent proportionalia, cum triangulorum equiangulorum latera circa aequales angulos sint proportionalia: ergo sunt similia, cum ex figuris rectilineis illa similes dicantur, quae angulos singulis aequales habent, et latera circa aequales angulos proportionalia.

Eodem modo demonstrabitur C.A.D. simile esse ipsi C.A.B.; atque adeo ista triangula sunt sibi mutuo, et toti C.A.D. similia.

Theorema 3^{um}

In omni triangulo rectangulo quadratum vassij, seu hypotenuse B.C. est aequale quadrato laterum B.A., et A.C. simul sumptis; (Fig. 39) nam producta perpendiculari A.D. in E, dividitur quadratum B.C. in duo rectangula B.C.E., et D.A.E. contentur autem rectangulum B.D.E. sub vassi B.C., aut potius sub B.A. ipsi aequale, et sub segmento eius B.D. adeoque aequale est quadrato lateris B.A.; nam productum terminum medij per se ipsum, (hoc est quadratum eius) aequale est rectangulo extremorum.

Eadem ratione rectangulum C.E. sub vassi C.B., aut potius sub C.A. ipsi aequale, et sub C.D. contentum est aequale quadrato lateris A.C. atque adeo totum quadratum B.C. in A. est aequale quadrato laterum B.A., et A.C. simul sumptis.

Corollarium.

Triangulum regulare circumscriptum est quadruplum trianguli inscripti in eodem cir-

culo. Sic in triangulo $A.B.C.$ (fig. 39) quatuor inveniuntur triangula equilatera, quorum quartum est triangulum $C.D.B.$ circulo inscriptum.

Linea diagonalis quadrati est incommensurabilis cum latere quadrati. Concipiatur ergo super unum latere $M.N.$ v.g. (fig. 40) pars quaedam infinite exigua, sicut $M.P.$ supra quam imaginetur quadratum $M.P.B.S.$ erit linea diagonalis quadrati infinite exigui, ac per consequens erit longior linea, quam $M.P.$ Ratio est; quia cum quantumvis exigua concipiatur linea diagonalis, nequeat nisi esse maior quolibet latere, nulla proinde adesse potest mensura, quae aequaliter utriusque conveniat.

De Solidis. Sectio 3^a

Solidum, vel corpus, triplicem habet dimensionem, longitudinem scilicet, latitudinem, et profunditatem. Extremum solidi est superficies, superficiei vero linea, lineae autem punctum: superficies autem illa, quae solidum quavis sustinet, dicitur versis: sicut quod angulus plani fit ex rectis lineis in plana superficie exaratus, ita angulus solidi fit ex pluribus plani angulis, qui non sunt in eodem plano constituti: unde angulus solidi rectilineus est, qui pluribus, quam duobus angulis plani $B.O.A.C.$ (fig. 40) non in eodem existentibus plano, sed ad unum punctum $O.$ terminatis continetur.

Prisma est figura solida plani comprehensa, quorum adversa duo sunt parallela, aequalia, et similia, ut $A.B.C.; D.E.F.$ (fig. 41) reliqua vero parallelogramma, ubi nota, quod si prismatis versus sunt triangulares, prisma dicitur triangulare, sicut eadem figura.

Paralelepipedum est figura solida sex parallelogrammorum ex adverso parallelorum comprehensa, ut $A.D.E.F.G.H.$ (fig. 42) quare omne paralelepipedum est prisma, non vero vicissim. = ~~compositum~~

Si ergo sex plana ex adverso parallela sint quadrata, solidum huiusmodi comprehensum cubus erit, ut (fig. 43); unde omnis cubus est in paralelepipedis, non vero e versa.

Pyramis est corpus solidum pluribus triangulis rotundis, quorum versus sunt in eodem ^{plano} ~~plano~~, vertex vero communis, (fig. 40) ubi planum $A.B.C.$ dicitur versus pyramidis: et esse potest vel triangulum, vel quadrangulum, vel quolibet alia figura, ex quibus singulis lateribus triangula surgunt in unum punctum $O.$ quod vertex dicitur, a quo demissa perpendicularis $O.I.$ pyramidis altitudinem meretur.

Conus est corpus solidum formatum ex elevatione superficiei circularis, quae diminuitur secundum proportionem elevationis, vide (fig. 44) ubi circulus $E.$ $M.K.$ dicitur versus conus; linea $I.K.$ axis; et punctum $E.$ vertex.

Parabola est linea

curva descripta duplici motu, horizontali nempe, et perpendiculari: similis est linea, quae describitur globis plumbeis e tormento bellico explosis, quicquid motu

horizontali ab accensâ pulvere, et motu perpendiculari ab innata gravitate moveretur. Hæc autem linea qualis sit hoc modo intelliges. Igitur motus horizontalis seclusa aeris resistentiâ, naturalis numerorum serie sequitur 1. 2. 3. 4; motus vero perpendicularis secundum numeros impares progreditur 1. 3. 5. 7. 9, quod in acceleratione motus gravius in descensu foras dicemus observari: quod cum parabola duabus huiusmodi motibus componatur, quarum neutram totaliter sequatur, simili descripta linea curva exacte percipitur (fig. 47). Sit v.g. globus e tormento bellico explosus, qui secundum lineam P. M. mittatur in punctum M; proprio pondere mittetur in a, tunc in g. i. l. o. hæc autem linea p. a. g. i. l. o. parabolica est; nam cum missile suo motu horizontali, supposita aeris resistentiâ sequatur serie numerorum naturalium 1. 2. 3. 4; linea f. g. h. i. k. l. n. o. exunt ut 1. 2. 3. 4; cum vero in descensu progressionem numerorum imparium 1. 3. 5. 7. observet, ideo partes diametri a. f. f. h. h. k. k. n. exunt ut iude numeri 1. 3. 5. 7.

Ex quibus habes, par

abola est linea curva, in qua ordinatarum quadrata sunt inter se ut partes diametri ab illis ordinata intercepte. Ordinata est linea perpendicularis diametro, et ad parabolam terminata, ut B. h. (fig. 47). Diameter autem, quæ cum suis ordinatis angulum rectum continuit, qualis est linea b. T. axis parabole nominatur. Parameter est linea, ad quam ita se habet ordinata, sicut intercepta ad ordinata, v.g. b. 3. se habet ad 3. h. sicut 3. h. ad b. d. eadem figura.

Cylindricus est corpus longum, et rotundum, cuius vassus est circulus equalis parallelus illi, qui in parte superiori existit. (fig. 48).

Ellipsis est figura, cuius singula circumferentia puncta sic distant a focis, ut ambæ distantie simul sumptæ sint semper æquales uni axi. Foci sunt puncta posita in axi maiori æqualiter distantia ab eius extremitatibus, quorum proprietas est, quod lineæ ductæ ab ipsis ad peripheriam æquales sint axi maiori: quæ puncta ut invenias, assume medietatem axi maioris circino, cuius pede posito in extremo axi minoris, alio pede intersectet axim maiorem: quæ intersectionis puncta foci vocantur. (fig. 49).

Sphæra, seu globus est corpus una superficie prehensum, ad quam omnes rectæ lineæ a centro ductæ sunt æquales. Fabricam globi ob mirum eius artificium vobis apponam, quæquidam sic peragitur: ducite quodammodo rectam, eamque in partes viginti quinque dividite: posito postea uno circini pede in extremo, aut uno puncto, altero autem ad distantiam decem partium, describite arcum semicirculo minore: tunc eadem circini apertura retenta, aliud arcum e secundo puncto, aliudque ex tertio, quarto & usque ad duodecimum: demum eadem apertura describite tertium arcum ex altero extremo, et sequentibus punctis, quicquid arcus prioris intersectent, et en globus formatur. (fig. 50).

Quæ sunt corpora regularia sic dicta, quia planis equalibus, æquilateralibus, et æqui-

angulij stantentur.

Primum est Tetraedrum, et est pyramidis sub quatuor triangulij
aequalibus, et aequaliteri. sexta, ut F. r. (fig. 51.)

Secundum est Hexaedrum, seu cubus, et est figura solida sex quadratorum aequalibus comprehensa, ut C. c. (fig. 52.)

Tertium est Octaedrum sub octo triangulij aequalibus, et aequaliteri. octava, ut O. o. (fig. 53.)

Quartum est Dodecaedrum sub duodecim pentagonij regularibus, et aequalibus terminatum, ut D. d. d. (fig. 54.)

Quintum est Icosaedrum, sub viginti triangulij aequalibus, et aequaliteri comprehensum, ut I. i. (fig. 55.)

Aligualis Geometriae Praxis:~

In quemodo speculative tamen in geometria proceessimus: nunc autem aligualiter
practice procedemus, ut nonnulla. saltem facilliora eius problemata inores-
cant. Pro quo praemittenda sunt nonnullae definitiones.

1 Exapeda, seu sexpeda est mensura continens sex pedes, quae apud Graecos Orgya dicitur.

2 Polia sunt duodecim unitates, sive transuersos pollices. Polia sumitur pro mensura, nempe pro pollicari magnitudine, quae est pars duodecima pedis, sicut digitus est eiusdem pedis pars decima sexta. Nihil hominis pollex, et digitus apud mo-dernos indiscriminate sumuntur, scilicet pro parte duodecima pedis. Quin etiam ubi de luna eclipsi agitur nomen digitus pro duodecima parte apparentis lunae diametri usurpatur; ideoque cum eclipsi luna dicitur esse duorum, aut trium digitorum, idem est, ac si diceretur duarum, aut trium partium duodecimarum ipsius diametri apparentis.

3 Polex tenet duodecim partes, quae lineae vocantur.

4 Passus Geometricus quinque pedibus constat.

5 Leuca Gallica 3000 partibus geometricis: vel 2500 thoeris, quarum qualivet sex pedes habet.

6 Leuca Hispanica 3428 passus geometricos tenet.

7 Sphaera tota sua circumferentia habet 360 gradus.

8 Gradus autem correspondet 6000 partibus geometricis: unde secundum super rationem leuca gallica, gradus viginti leucas gallicas habet: secundum vero rationem leuca hispanica decem, et septem cum dimidia. Ex quibus inferes circumferentiam sphaerae esse 6300 leucarum hispanica: et 7200 gallica.

Problema I.

In dato puncto rectae lineae angulum efficere aequalis alteri dato. Sit punctum B linea A. B. (fig. 56) in quo efficiendus sit angulus aequalis angulo C. D. E. dato (fig. 57). Operatio: ex puncto B. describatur arcus C. E. tunc mar-

nente eadē circūi apertura fiat ex puncto B. arcu A. G, a quo abscondatur arcu H. F. equali arcu C. E, ac ducatur linea B. F, tunc angulus A. B. F. erit equali angulo C. D. E, cum ambo equali arcu sint dimensī.

Problema 2.^o

Excitare perpendicularē ex puncto in linea dato: v.g. sit punctū datū C. in linea A. B, (fig. 58) ex quo sumantur hinc inde partē equalē C. D, C. E: ex punctis vero D, et E. describantur arcu se se intersectantē in puncto F, tunc a puncto C. per punctū F. excitetur linea C. F, et hæc erit perpendicularis.

Problema 3.^o

Ex dato extra lineā puncto perpendicularē ad lineā illā ducere. Sit punctū datū v.g. C. (fig. 59) ab hoc puncto describatur arcu D. E. secans lineā B. A. in punctis E, et D; ex quibus punctis fiant duo arcu se se in puncto F. intersectantes: ducatur linea C. F. secans lineā B. A. in D, et linea C. O. erit perpendicularis quæsitā.

Problema 4.^o

Per datū punctū ducere parallelā lineæ datæ. Sit punctū A. (fig. 60) per quod ducenda sit parallelā lineæ datæ C. B: ducatur quæcumq. recta A. D. secans rectā datā C. B. in puncto D: ex hoc puncto describatur arcu A. F. et ex puncto A. eodē intervallo describatur alter arcu D. E, in quō transferatur arcu A. F. scilicet ex D. in F: tunc ducta recta A. F. erit parallelā quæsitā: quia ut idem nostris anguli alterni A. D. F. et D. A. F. sunt equalē, seu equali arcu demensī.

Problema 5.^o

Inter duas lineas mediā proportionale invenire: sint lineæ datæ B. D, et D. C. (fig. 61) quæ in directā posite unā rectā B. C. efficiant, ex cuius medio E describatur semicirculus B. A. C: tunc ex puncto D. excitetur perpendicularis ad A. et hæc erit mediā proportionalis inter B. D, et D. C. Ratio ē; nā ductis lineis B. A, et C. A. fit angulus B. A. C. in semicirculo, ac proinde rectis per Corollarium 3.^o theorematum I. Sectionis 1.^æ quare demissa perpendicularis A. D. in basi B. C. ē mediā proportionalis inter segmenta, seu lineas datas B. D, et D. C.

Problema 6.^o

Dato triangulo equale parallelogramū rectangulū efficere. Sit triangulū A. B. C. (fig. 62) per cuius vertex A. ducatur recta A. G. parallelā basi B. C: tunc basi B. C. dividatur in duas partes equalē ex puncto D, ex quo excitetur perpendicularis in E: postea sumatur E. F. equalis ipsi B. C, et ducatur latus C. F.: tunc rectangulū D. F. erit equale triangulo dato.

Problema 7.^o

Dato parallelogramo equale quadratū efficere. Sit parallelogramū D. E. F. C. (fig. 63) inter cuius longitudinē D. C, et altitudinē C. F. mediā proportionalis inveniat C. A. per problema 5.^o tunc quadratū C. B. erit equale dato rectangulo, quia productū medii termini per se ipsū, hoc ē quadratū eius, ē equale rectangulo extremorum.

Problema 8.^o

Lineam horizontalem, ad quam una tantum ipsius parte extrema accedere liceat metiri. Sit linea $A. B. C$ (fig. 64) ad quam accedere liceat tantum in puncto B , cuius longitudo sit inquirenda.

Ad hanc operationem videntur geometriae instrumentis quoddam, quod graphometrum nuncupatur, ab alijs tamen astrolabium, quia astris mensurandis insecant. Igitur instrumentum hoc est semicirculus in centrum octoginta gradus divisus, et ex materia solida confectus, regulam habens unam pinaculij instructam, et mobilem, altera vero immobilem. (fig. 70).

Hinc autem pro dimentienda linea horizontali, sic operare: 1.^o excita in puncto B . perpendicularam ipsi $A. B.$ hoc modo: centrum instrumenti statue in loco B , et per foramina dioctrae eius immobilis $d. d.$ et obrum aliquod fixum in altera lineae parte extrema positum, puta angustum, aut truncum $A.$ respice: et alidada, seu dioctra, seu regula mobile e. e. move, donec recedat a vassi, seu regula immobilis $d. d.$ toto quadrante, seu nonaginta gradibus, si per foramina, quae in alidadae pinulij aperta sunt, respiciens signum aliquod positum in C , habebis angulum rectum $A. B. C.$

Transferatur instrumentum in C , ita ut ipsius centrum puncto C . respondeat, et foramina dioctrae immobilis $d. d.$ in punctum B . dirigantur, imoque instrumento, alidada mobilem verte, donec per eius pinulas mobiles e. e. appareat signum A : tunc cognoscas quantitatem anguli $A. C. B.$ in limbo e. d. semicirculi.

Metiatur linea $B. C.$ tunc in carta duc lineam $F. E.$ (fig. 65) in tot partes aequales dividam, quot in linea $B. C.$ inventi fuerint pedes, vel exapedas $F.$, fiatque angulus $F. E. G.$ (fig. 65) aequalis angulo $B. C. A.$ per problema 1.^o Deinde per punctum $F.$ ducatur perpendicularis $F. G.$ occurrens lineae $E. G.$ in puncto $G.$ si circino metiaris quot sint partes in $F. G.$ aequalis partibus lineae $F. E.$ dico, totidem esse pedes, vel exapedas $F.$ in $A. B.$ Demonstratur: triangula $A. B. C.$ et $F. E. G.$ sunt equiangula: quia sicut $F. E.$ ad $F. G.$ ita $C. B.$ ad $B. A.$; adque adeo quot $F. G.$ tenet partes alicotas lineae $F. E.$, totidem $B. A.$ tenet partes alicotas, scilicet pedes, vel exapedas lineae $B. A.$

Problema 9.^o

Altitudinem ad quam accedere liceat metiri. Dico ut prius semicirculo ita disposito, ut eius diameter, seu vassij sit horizonti paralela. Tunc eius alidadam mobilem attolle, aut demitte, donec per ipsius pinulas vertex $A.$ (fig. 66) videatur. Postea respice per easdem pinulas deorsum, ut habeas punctum C : notetur illi vertex angulus $A. B. C.$ seu $E. F. C.$ illi aequalis quia anguli ad vertex oppositi sunt aequales, cui etiam aequalis est angulus $A. C. B.$ per theorema 2.^o sectionis 1.^{ae} ponaturque, v. g. esse graduum 37 , minutarum 25 , exempli gratia, pedum 235 : si fiat in carta tur angulus huic simile, ut precedenti problemate invenietur altitudo $B. A.$ pedum

De Area, et Soliditate Corporum Inveniendis.

Area cuiuscumq^e figure plane, seu superfici^e, est capacitas, seu spatium intra latera ipsius tenent^{ur}. Igitur circa has operationes versatur trigonometria, quae est pars illa geometria, qua^e resolvuntur triangula; sive qua^e eorum latera per regulam proportionis cognoscuntur: huius partis precipuum fundamentum in eo videtur, q^{uod} in omni triangulo latera sunt inter se, ut unus angulorum huius lateribus oppositum: unde multiplicatio, et divisio arithmetica opus est in trigonometria; nam sit regula aurea proportionis, ut datu^m cubus terminu^m, quareus proportionally inveniatur.

Problema 1^o

Area trianguli metiri. Ducatur perpendicularis $A.P.$ (fig. 67) a vertice ad vassim: tunc videatur, quot sint pedes, vel exapeda C in vassi $B.C.$, et quot pariter in linea $A.P.$, postea multiplicentur partes in perpendiculari inventa per semiv^{id} vassi: et area inorescet; nam totide futurum sunt pedes quadrati, vel exapeda quadrata in area triangul^{ari} $A.B.C.$, quot inventa fuerint partes in producto perpendicularis $A.P.$ per semiv^{id} vassi $B.C.$

Problema 2^o

Parallelogramu^m rectangulu^m metiri. Metire primu^m latus $I.S.$ (fig. 68): tunc latus $S.M.$; postea ductatus $I.S.$ in latus $S.M.$, et area tota rectanguli inorescet ob ratio^{em} in precedenti^e problemate allata.

Problema 3^o

Figura poligona metiri. Primo reducatur poligona in triangula, deductis ab unoquoq^e angulo ad oppositu^m rectis lineis: tunc metire singula triangula per problema 1^o, et eoru^m omnium suma figura poligona referet. (fig. 37).

Problema 4^o

Circulu^m metiri. Multiplicetur radius circuli per semicircumferentia^m. Quod ut exacte percipias, nota ex Archimede, area circuli est aequalis area trianguli rectanguli, cuius unu^m latus circa rectu^m angulu^m sit aequalis semidiametro circuli, alteru^m v^o periferia eiusde^m: quare si dato quocumq^e circulo accipias semidiametru^m ipsius, et invenias linea^m recta^m aequalis circumferentia^e eiusde^m, et haec duar^{um} linea^{rum} componas ad angulu^m rectu^m, subtenaq^e hypotenusa triangulu^m rectangulu^m efficias, eiusde^m area^m investiges juxta dicta, tunc habebis area^m circuli dati. Ut ex^{em} nota sit semicircumferentia circuli, querenda est illius diametru^m, quae se habet ad circumferentia^m integra^m sicut 7 ad 22: unde data diametro circuli partiu^m 22 v. g. dicas: 7 22 = 22 44: quas 44 partes in linea^m recta^m pro vassi trianguli dispones, cuius deinde area^m indagabis juxta dicta problemate 1^o: vide (fig. 69).

Problema 5^o

Data circuli perimetro reperire diametru^m. Sit perimetro 44 partiu^m, oporteatq^e invenire diametru^m: dic sic: si 22 7 = 44 22. 6^o

Problema 6^o

Data circumferentia, et diametro, qualis area circulo correspondeat? Sit circulo

ferentia 60 pedes, et diameter 20: duc semivm unius in semivm alterius, et productum da-
bit area quæsita: unde 300 erit productus 40 per 30.

Problema 7^o

Metri cubi. Metrae nota quada mensura altitudine, vel longitudine, et duc
illa in se, productumq^e resultans in eandem: sit v.g, altitudo cubi 4 pedum: duc qua-
tuor in quatuor, et numerum 16 resultantem iterum in 4, prodibitq^e numerus cubicus
64.

Problema 8^o

Sphaera metri. Querenda est ipsius superficies, quae est aequalis quatuor maximis
eiusdem sphaerae circuli, ut demonstravit Archimedes. Cum igitur per problema 4^o habeas
tunc area circuli ex multiplicatione semicircumferentiae per radium; et sequenter duplum
illius ex multiplicatione totius circumferentiae per eundem radiam; hinc sequitur haberi
quaduplum illius areae, q^{ae} aequalis est superficiei sphaerae per multiplicationem ipsius cir-
cumferentiae per duplum radiam, seu per integram diametrum. Inventa sphaerae superficie haberi
bitur eius soliditas, si multiplicetur per trientem radii tota illius superficies. Si maius,
multiplica maximam sphaerae circulum per duos trientes diametri, et habebis sphaerae
soliditatem; quae praxis in prioribus redit.

Problema 9^o

Metri paralelepipedum, vel prisma, vel cylindrum, vel pyramidem, aut conum. Multi-
plicetur variis paralelepipedum, vel prismatis, aut cylindri per altitudinem eius perpendi-
culari, pyramidum vero, aut conum variis per tertiam partem altitudinis; quia pyramidum
est tertia pars prismatis eiusdem variis, et altitudinis; et conus tertia pars cylindri eius-
dem quoque variis, et altitudinis. Et haec pro huius compendii geometria notissimis
rudimentis, quae si fuerint in posterum pro lectione, et usu conum, quae in aliquibus
libris inveniuntur, bene vint, prout.

Problem 7.


Faint, illegible text in the first section of the page.

Problem 8.


Faint, illegible text in the second section of the page.


Problem 9.


Faint, illegible text in the third section of the page.



















Disputationes in octo Physicorum libros Aristotelis.

Praemium.

Mirabilia foeda audire de hujus, quae in physica tractantur: quandoquidem enim, totius naturae esse, dispositione omnium rerum, elementorum virtutes, vicissitudines temporum, anni cursum, ventorum vim, stellarum, corporumque sublimium naturam, ac tandem universum, et finem rerum his agnoscere, et perillustriare cogitabatis: sed o quia miserabiliter decepti estis! non quia aliter ac par erat cogitatis, sed quia aliter ac e innocenter intellexistis. Sane profecto omnia digna, et quidem propria sunt physicae materiae; cuius facultas haec ut vix omnia rerum naturalium, quae in hac universa mundi compagine continentur: verum communis methodus, vixque scholarum invaluit, ea tantum quae si in exanimis, et caecis salutare; quandoquidem dolent, et moleste ferunt quotquot partem huius Philosophiae dignitate, propriaque materia agnoscentes, non parum temporis invisi impendere coguntur, ut ea, saltem, quae vixque aevi consueverunt, mox maiorum absolvant. Itaque et ego, cum huius sortis sim, et sentis, tandem, oia haec secundo cum consuetudine Patrum Nostrorum tradam vobis; ne forte aliquid eorum, quae communiter hodie in scholis pertractantur, incuria, vel saltem exiguo labore meo, ignoraretis; postea vero, si in huius, quae ex more magis necessaria reputantur vtriusque incumbatis, aliundeque tempus permiserit, nulla tunc, et quidem curiosa, vtriusque omnium quae dicientia, docebo vos; secundoque in particularibus materiis, opportunitas, ratioque exigerit. Deum in usque aliter, hac parte maior est vobis adhibenda diligentia; nam sublimis adeo natura, sublime etiam, perillustriusque requirit studium, quod ab omnibus, qui veris physici esse volunt, et nominari, incunctanter spero. Sic Deus velit; sine quo nihil, et cum quo possumus omnia.

Praevia Disputatio De Natura Physica, et eius objecto.

Physica est disciplina naturalis, sive ut supra dictum est, ista rerum naturalium, et corporum, rerum, quae in hac universa mundi compagine continentur: vocatur etiam Philosophia a graeca voce Philos, hoc est amor, et sophus, id est, sapiens; probreneaque Philosophia nomen est subre vniuersae ac generis sapientiae naturaliter acquiribilis; cuius intelligentiae adeo incubuerunt veteres aliqui, ut solum philosophos appellarent, qui physica excolebant. Cuius quoque obiectum ad eundem est ens mobile in tota sua

latitudine, prout amplectitur mobile ad substantiale, quod accidentale: ens mobile in qua, sed pure naturale; ex quo dignoscitur, quod si naturale non est, sumendum prout in appo-
nibus supernaturali, angelicis, naturalibus, sed sumitur pro natura phica, et materiali, quae est
perceptum, et eadem motus, et quies, ut lib. 2. phica. videbimus. Motus autem mobilis
non sumitur hic remota, seu pro isto motu, sed subive pro eo, quod aliquid
est percipit radicale alicuius mutationis; ex quo inferatur obiectum attributionis phicae
corpus naturale, ut mobile, seu ut patitur mutatio sensibile ad substantiale, quod
accidentale.

Sed immedie velle, nunc phica ista ista? ad quod affirmative respondeo,
licet sit admodum imperfecta. Patet. ista est cognitio certa, et evidens rei natu-
rae per vera causa, et ratione, propter quod ita est; at phica est huiusmodi: quod. 1. motus
phicus certo scit, evidenter cognoscit, corpus naturale posse variis modo figurari, quae
est extensum: licet ad certam altitudinem in cubum, et alij necessario suspendi, quoniam
ab aere librantur, et sustinentur; et cetera id genus: quod. 2. Dixi eam imperfectam
esse; quia quamvis nonnullas corporum qualitates sensibiles satis perspicuas habeamus,
quales sunt, quas modo attulimus; multo tamen plures ignoramus; nam sensus, et
sensum, quibus corpora sensibilia creata sunt, nemo, nisi naturae Authorem videre potest.

Alius rei ad oculos patet ratio: quia enim hominum, certo explicare queat, quae, et
qualis partium ordo, vel rebus se debeat in auro, ut ab argenteo discrepet? quibus
novit, quae sit intima dispositio primum in variis lignis, ut in cuereu, carpino, et
aliis; vel in lapillis, et gemis, ut in adamantis, carbunculis, et smaragdino, in quibus
inspicitur, et insigne apparet diversitas? Quod si ad animalia veniamus; ad eorum
productionem, et primum formationem; ad cerebri anfractus; ad tenuissimum musculorum
motum, aliisque quae plurima; tunc certe facili cogemus, istam naturam, sive phicam in
nobis admodum limitatam esse, ac si rem ignoramus eam cognitis fiat comparatio, nec
ad limitatam, sed prope nullam.

Hac promissa ratione, veniamus ad Acade-
micorum, vel Scepticorum argumenta desumpta vel ex cognitionis naturae defectu, vel
ex ipsarum rerum instantia. Itaque ex prioris capite obijciunt: ista est cognitio certa;
at phica non habet cognitionem certam, nititur enim percipio fallaci, et sensibus, qui
multoties fallunt: quod. Ex altero capite: ut cognitio per phicam habita est certa,
deberet obiectum illius esse certum; at obiectum phicae non est certum; quicquid enim certum
est immutabile, et permanente, quod non venit enti mobili: quod. 3. omnia in natu-
ra occultitate involuta esse, ait Ecclesiast. cap. 1. v. 17. huius verby: intellexi, quod
omnium operum Dei, nulla posset homo invenire ratione eorum, quae sunt sub
sole; et quantum plus laboraverit ad querendum, tanto minus inveniet: null-
la quod exierit phica, seu ista natura.

Ad istud, respondemus; nam cognitio phica est
ma, et immobilis; certo enim scit phicus, luna v. g. tunc eclipsi pati, dum inter ea,
et sole tellus interponitur: et quamvis occasio, plerumque a sensibus habeat, ut
corpora naturalia, aut eorum proprietates actu percipiat; tamen non solum sensum reser-
vatio, quasi unica principio cognitionis nititur, sed superiori quoddam regula, nempe
idea clara, et directa: v. g. quod hic, et nunc videat, hydargium in tubo ad viginti
pedes, aut viginti octo altitudinis gradus ab aere sustineri, id a sensibus reperit;
sed cum hydargium sustineri debeat ab aere, idea ipsa, seu notio equilibrii,
et non sensus docet: unde, si qua sunt corporum proprietates, quorum nulla, nisi per
sensus adit nobis cognitio, earum vix ista non habebimus, sed conjectura tantum,
aut aliqua probabilitate; talis est natura odorum, et colorum, aliisque qualitatibus

sensibiliū, quae unice per sensus nobis inveniunt.

Ad 2^o dic, q^o certitudo sua n̄ ex rerū existētia, sed ex earū essentia ē repetenda: unde facemur nullū corpus ēē immutabile, ac permanens, si secundū existētia expectetur; secus vō, si secundū essentia; sic enī res omnes ex eorū principis essentialibus stant, ut n̄ possint ex hūj n̄ mutari; sicut homo ita opponitur ex mente, et corpore, ut n̄ possit ex hūj n̄ coalescere; alioquin n̄ ēēt homo: et similiter corpus naturale, ita ē motū, et figuratiōis capax, ut horū attributorū incapax ēē n̄ possit; alioquin n̄ ēēt corpus.

Ad 3^o dic, verū ēē nos nullū redere posse ratios eorū, quae fiunt sub sole, id ē corpus naturale, si expectentur quoadmodū, quae formantur, et quae ad ima principia ex quibus stant, penitus nōq^o ignorant philosophi, quī ordo partū ēē debeat v.g. in malo, ut qualitatibus discrepet a solo; et similiter quali ratios alia omnia praesentia animalia producantur. Sed tamē affectiones corporū sensibiles, praecipue eas, quae sūt metaphysicā, aut mathematicā principij tractantur, assequi possumus: v.g. id cū aliqua ^{ratione} simplici junctū ē, corpus opacū inter orbē, et speculū interfectū, speculo ipsi lumē impedire: prōinde terra quōviscūq^o inter solē, et lunā interponitur lumini solij efficere, ne ad lunā accedat; atq^o itaq^o & multij alijs sentiendum.

Dividitur Physica.

Duplex ē physica, seu philologia: historica nempe, et ethologica. Historica res naturales videt, tamēq^o eas historice describit, nec earū causā investigat. In hac parte morati sunt praecipue veteres aliqui philosophi, ut Anaxagoras, Plinius; quāquidē parte pertractavit Aristoteles decē libris de historia animalium; quōquidē, ut narrat Athenus lib. 3^o De Synopsi historiarū, adeo grati extiterit Alexandro Magno, ut 100 eos octingenta talenta ab hoc Principe acceperit.

Physica ethologica, quae sola sine titulo gaudet, effectus per causas demonstrare nititur. Hanc partē tantū attingerunt nonnulli Philoſophi, inter quos Lucretius; quē etiā temporibus nostris imitatus ē Cartesius, quī rerū causā potius, quā longā effectū expendorū seriē ē prosecutus. Itā etiā Physica multij libris elucidavit Aristoteles; ex quibus alii dicuntur Exotericī, quia proprio more percipi posse judicantur; alii dicuntur Acrotychici, seu auscultatorij, quia ut porē difficiles, ut vā magistri explicatiōes exigunt. Inter hos sūt locū obtinent octo libri philosophi, quī etiā inscribuntur; libri de naturali auscultatione; postea libri A & Celo: duo de generatione, et corruptione: ubi de rerū ortu, et interitu, de alteratione, de augmento, decremento, et mixtione etiā agit Philoſophus. Hos oēs sequuntur 4 alii Meteorologicorū, et 3 de anima. Juxta hāc petitiōem exactā Aristoteli philologiae, postquā solita tradiderim vobis, sic ex libris predictis ea excerpere, et explicare conabor, ut praecipua, quae a Praeceptoribus philosophi, nostra praesentis aetate detecta sunt, secundū capitū vestrū simularius: nunc autē intento animo ad communia debentiamus.

Lib. 1^o Physicorū. Disputatio 1^a De Principiis entis naturalis, quid, et complexū sit principij explicatur.

Principium generaliter acceptum est id unde aliquid procedit: sic pater est principium filii, aurora diei, et punctum lineae. Strictius autem illud usurpavit R. Smetham, cap. 1 per haec verba: id unde aliquid est, aut fit, aut cognoscitur; ubi triplex potest principii genus apprehendere videntur, nimirum intrinsecum, ex quo res est; extrinsecum, a quo res fit; et logicum, quod prius cognoscitur, ut praemissa respectu conclusionis. Dividitur principium in 1^{um} et 2^{um}. 1^{um} est, unde aliquid procedit, ipsum vero non procedit ab alio. 2^{um} est, unde aliquid procedit, ipsum vero etiam ab alio oritur, ut causa 2^a a qua plures procedunt effectus; ipsa tamen est a Deo.

Deinde 1^{um} principium aliud est 1^{um} in omni genere, ut pater. Quoniam: aliud in determinato genere tantum, quod non ab alio in eodem genere nascitur, quamvis in alio oriatur: sic materia 1^a est principium 1^{um} in genere causa materialis, quae dependeat a Deo tamquam a causa efficiente. Quoniam: principium aliud est extrinsecum, intrinsecum aliud. 1^{um} est id unde res extrinsece procedit, ut causa efficiens, exemplaris, et finalis: intrinsecum est id, ex quo res extrinsece oritur. Haec principia intrinseca si sint simpliciter positiva vocantur elementa; nam elementa dicuntur 1^a rerum primitiva, quae in eodem ordine non derivantur ex aliis; sic litterae dicuntur 1^a elementa dictionum; ex quo abiter inferuntur quod aer, ignis, terra, et aqua, quae vulgo elementa vocantur, si sunt substantialiter positiva, ut communiter opinantur, et non corpora simplicia, non sunt vocanda elementa in sensu philosophico, et in ordine ad 1^{am} rerum primitivam.

Huius praemissis circa generalis principii notionem, explicanda iam veniunt principia entium naturalium: ea siquidem sic definitur Aristoteles 1^o physicae text 42: quae nec sunt ex aliis, nec ex alteriis, et omnia fiunt ex ipsis: quae definitio expositio omnium alij dicendi modis, est; quod principia entium naturalium non debent fieri ex aliis principijs, nec unum ex alio in eodem genere, in quo sunt principia; sed omnia entia naturalia debent fieri ex ipsis, vel ut ex parte intrinseca, vel ut ex toto a quo: sic materia non fit ex alia materia, nec forma ex alia forma, nec privatio ex alia privatione; omnia tamen entia naturalia fiunt ex materia, et forma tamquam ex partibus intrinsecis, et ex privatione tamquam ex toto a quo, ut infra videbimus. Et haec est clarior mihi fallor mentis R^o expositio circa predictam definitionem.

Dices nihilominus;

Deus ex nullo fit, et omnia fiunt ex ipso; et tamen non est principium entium naturalium: quod non recte definiuntur haec principia. — 2^o forma materialis est principium entium naturalium, et tamen fit ex materia: quod. — 3^o materia 1^a ponitur ex partibus, et tamen est principium: quod. — Ad 1^{um} distinguo maius: et omnia fiunt ex ipso ut parte ex parte intrinseca, vel termino a quo, non maius; ut parte a causa efficiente, scedo maius; creatura enim tantum causantur a Deo in genere cause efficientis, quod proprie loquendo est fieri a Deo, non ex Deo. — Ad 2^{um} distinguo maius: forma materialis est principium entium naturalium in genere causa formalis, scedo maius; in genere causa materialis, non maius, et sic directa minori, non scedo. — Ad 3^{um} distinguo maius: materia 1^a ponitur ex partibus integralibus, scedo; ex partibus essentialibus, non maius; et scedo minori, non scedo; quia materia 1^a

est principium entis naturalis per modum parvi materialis, ut exactius infra videbitur.

Questio 1^a

Quot, et quanam sit entis naturalis principia tam in fieri, quam in facto esse? Praemittuntur tam Antiquorum, quam Recentiorum placita. Sectio 1^a

Dupliciter potest considerari ens, sive corpus naturale, in fieri scilicet, et in facto esse: ens naturale in fieri est ens naturale, prout in uno vice productionis in reanti transit, et movetur de non esse, ad esse: unde in recto dicitur sua principia virtutibus in reantibus, et in obliquo actione producibilia. Ens naturale in facto esse est ens iam productum, et in statu quietis, et permanentiae existens. De ente naturali utroque modo accepto procedit difficultas, in qua mira prorsus est Philosophorum, tam veterum, tam Recentiorum sententiarum varietas: qua propter, ne jejuni omnino de opinionum harum diversitate, et fundamento, in hac materia expediamini, congruum judicavi, aequaliter omnia haec claritate possibili vobis apponere; quod ut facilius assequamini, praemittenda censeo, et a vobis retinenda perpetuo summa Doctrina peripatetica, circa ens naturale: unde sit.

Summa Doctrina Peripatetica circa corpus naturale.

Longo saeculorum tractu philosophia peripatetica in scholis regnans, sic rerum corporearum structuram explicat. Corpus naturale, quod et spiritum substantiale dicitur, ut animal, planta, animal &c, virtutibus tamquam ex partibus essentialibus ex materia 1^a et forma substantiali. Materia 1^a est substantia incompleta, seu partialis a solo Deo creata, quae ex se est commune substratum omnium formarum; id est indifferens, ut quamlibet formam recipiat, fiatque vel materia leonum, vel lapidum, vel arborum, secundum varias uniuscuiusque rei formam: unde vocatur pura potentia; quia quamvis possit esse propria cuiuslibet spiritui, actualiter tamen nullius est. Dicitur etiam ingenerabilis, et incorruptibilis: ingenerabilis, quia ad omnem generationem praesupponitur a Deo creata: incorruptibilis, quia corrupto spiritu non perit, sed aliam induit formam.

Materia 1^a Peripateticorum.

Forma substantialis

Forma substantialis 1^a Peripateticorum.

est etiam substantia partialis, plena, et actuans materiam, cum qua vivit corpus naturale in specie determinata: unde appellatur actus, et quidem primus, quia facit compositum esse actualiter huius speciei pro alia; est prima radix, accidentium, et operatum spiritui. Forma huiusmodi vel est spiritualis, vel materialis: spiritualis, nempe anima rationalis, producitur a Deo per creationem, et non pendet a materia. Materialis, quae in omni corpore propter hominem reperitur, producitur ab agentibus naturalibus per educationem; ideoque pendet a materia, ut a rubro praesupponitur. Uterque

ius, et forma ista, quae materia dicitur essentialiter simplex; quia neutra componitur ex actu, et potentia; sed utraque (excipie scilicet spirituales) est spontanea integraliter.

De Accidentibus juxta Peripatos.

De Modis juxta Peripatos.

Agnoscunt praeterea peripatetici varia accidentia, seu formas accidentales, et absolutas, quae naturaliter existere non possunt extra substantialem, possunt tamen divinitus, ut evenit in accidentibus Eucharisticij: huiusmodi sunt color, lux, calor, frigus, &c. Agnoscunt praeterea modos, id est, tenuissimas quasdam entitates (Capacitas rei distinctae a re, quae modificant), quae sunt ultima, et formales determinatioes rei, ut haec aliquid minus obest. Ex huiusmodi autem sunt substantiales, ut in sententia communi substantia, et unio materiae, et forma in opposito: alii accidentales, ut actus, et passio, et ubicatio: utique tamen sunt ita essentialiter alligati rebus, ut sine illo nec divinitus existere valeant.

Atomistica corpuscularis doctrina Authores recensentur: nec non, et eorum fundamentum, et eiusdem doctrinae summa exponitur.

Doctrina ista supponebat, potius, quam disputabat Peripatetica schola, dum in superiori saeculo invixerunt quidam Philosophi, qui seculum quorundam aliorum veterum, ut Epicuri, Democriti, Anaxagorae, Epicuri, Lucretii, sententiam, ab haereticis, quae in fide catholica expurgata, nova luce donaverunt. Praecipui istius novitatis Authores, (ut Galileus, Gassendus, Franciscus Baconus, et alios praeteream) celebratissimi nobilitate, sapientia, et ingenio gallus Renatus Descartes, sive Cartesius, cui plures posteritas adhaeserunt; inter quos maxime illi Minimi Pater Emmanuel Malebranche, (qui tamen magis est Gassendista, quam Cartesianus) et eius discipulus Saquenensis. Adripularum etiam ex Hispania nostra Thomas Vincencius Torca, Valentini, qui compendio suo philosophico, partim Cartesii, partim Maginarii imitatus, dictam philosophiam adeo illustrat, ut nihil in eo desideres ingenii elegantiae, et modestiae. Horum omnium philosophorum sententia, quae nomine Atomistarum unanimiter videatur explicari, tamen diversimode ab aliquibus eorum Synthesi proponitur, et defenditur; ideoque postquam doctrinam generalem omnibus Atomistis, vobis tradam, in animo mihi est illorum diversimode postea separatim apponere; sic enim de cuiuscumque opinione verum, distincte loqui poterit. Ergo iam

ad eorum fundamentum deveniamus. Igitur Philosophis istis princeps dogma est; ab agentibus naturalibus, et generantibus a causis secundis, nulla vera entitas negant fieri substantiale, quamvis parvum produci, cuius antea nihil praecesserit: nulla ita et accidentale a maiori, seu resolvi in nihilum sui: eorum ratio est; quia causa non potest creare: si autem producerent aliquid entitatem, quae prius nihil erat, illa producerent ex nihilo. Similiter si ita possent resolvere spontaneam, ut aliqua eius pars abiret in nihilum, verum etiam possent aliquid annihilare, quod ipsius causae secundae repugnat. Hac ratione negant omnem formam (excepta anima rationali, quae stat creati a Deo) quae sit entitas realiter distincta a materia, qualem adhaerent peripatetici: cum oportet fieri nihil sit ante generationem spontanei, v. g. ignis, verum creabitur quando accipitur esse a causa 2^a igne generante, quia verum produceretur ex nihilo; et cum aliunde extinguitur igne, nihil remaneat in rebus, verum annihilabitur. Ex eodem principio, et inconvenienti creationis, et annihilationis negant

Agnoscunt in compositione aliquos modos.

omne accidens absolutum, sive omne sua accidentale entitativa, quae ex directa sit ab omni substantia. Et tamen; licet agnoscant in opposito substantiali modos aliquos, qui videntur naturaliter agentium nunc incipient, nunc desinant esse; dicunt tamen, eos nec proprie produci, fieri, aut consumi, nec entitative distinguere a substantia.

Materia 1^a

Quid apud atomistas
materia?

ex qua cuncta corpora struuntur, dicunt esse minutissima supra sensum nostrum corpuscula, quae aliqui eorum atomos vocant, id est magnitudines indivisibiles, in initio mundi a Deo creatas; quarum varias figurarum ponunt; nam aliae sunt quadratae, aliae rotundae, aliae cylindricae &c. Hae atomi, seu corpusculi facile ab ipsis ostentur, quod de materia 1^a dici solet, esse nempe substantia simpliciter, ingenerabile, incorruptibile, pura potentia, et indifferens ad quamlibet formam.

Quid sit substantia
realis?

Forma substantialis est iuxta illos atomorum istarum combinatio, importantes certam illarum multitudinem, cum aliarum carentia, certam vero figuram, talis sit, applicationem, proportionem, armoniam: quae omnia sunt quid modale, nihil entitative distinctum superaddunt atomorum substantia. Haec forma notionem tenent praecipui atomista cum Cartesio, Maignan, et Fosca, quamvis ii duo ultimi aliam formam supra istam, omnibus corporibus assignent, et infra vi debimus.

Quid compositum
substantiale?

Compositum substantiale apud Atomistas nihil aliud est, quam moles quaedam artificiosae constructa ex atomis, tamquam ex materia, et ex earum complicatione, proportionem, figuram, situm, &c. tamquam ex forma. Sic constringunt mundum, Caelos, Planetas, aliosque innumerabiles orbis.

Quid Generatio?

Generatio, quae est productio compositi est motus localis, quo excitantur, coordinantur, et placentur atomi in una mole.

Quid corruptio?

Corruptio est disjunctio atomorum, et quidem tanta, ut iam non maneat moles illa sub eodem nomine, sed alia succedat diversae speciei: exempli gratia, corrumpi lignum dum comburitur, in eo scilicet, quod tot corpuscula ignea conflant in unum, ut resoluta compage atomorum ligni, huiusmodi insensibiliter devolvatur, succedat ibidem, sentianturque iam nova moles ignea.

Quid alteratio?

Alteratio est excitatio, vel inductio localis novorum corpusculorum, seu atomorum, quae sensibili res immutatur illa moles, quin adhuc suum nomen amittat: v. g. alteratur vinum dum calefit per corpuscula ignea; sed adhuc retinet nomen vini.

Nulla actio, nullus
ve motus est in
rebus praeter motum
localem.

rebus atomis nulla actio, nullus ve motus in rebus corporeis agnoscunt praeter motum localem, nam apud ipsos vita, et sensatio, vel etiam materialis cognitio, imaginatio, cogitatio, est motus localis in his, vel illis organum animantium: et generatio, causa efficiens corporea nulla activitate habet nisi ad motum localem, cuius ope corpuscula varia coniungendo dicitur generare, et alterare; et alia dispergendo dicitur corrumpere.

Quomodo fiat generatio,
corruptio, et
alteratio?

addunt, nulla entitativa esse in rebus natura, quae in se non sit substantia, quia alia respectu alterius rei potest dici accidens logicum praefinitio Porphyri, quod potest adesse, et abesse absque substantiae corruptione: unde quando una substantia sic admisceatur alteri, ut iterum potest segregari, quia altera corrumpatur, tunc substantia admixta vocantur accidens alterius; sic dicunt: lumen in se substantia est, et tamen cum per aerem diffunditur dicitur accidens aeris, quia sine huius corruptione potest adesse, et abesse.

Omni entitativa in se
substantia est, quia res
per se potest esse acci-

dentis logicum.

Solemne est tan-

dem atomistis brutorum animas relegare, quales agnoscunt Peripatetici, nempe sua quaedam substantiales a materia ex directas, sed ab ea pendentes, quae nihilominus sunt materialiter cognoscitiva, seu perceptiva objectorum, ita ut ex materiali perceptione eliciant appetitum etiam materiale, quo appetant sibi commoda, et noxia fugiant. Sic

et nos opinamur: sed corpusculares isti Phil. in duos dicendi modos dividuntur, quibus se ipsa non multum discrepent, ut immediate ostendamus.

Sensus, et modus dicendi Antiquorum Epicuriorum circa primordia rerum.

Epicurus, Democritus, Leucippus, Anaxagoras, et Lucretius pro principij entis naturalis statuebant infinitas illas atomos, quas aeternas, ac proinde nec a Deo creatas ponebant. Pro forma, dicta complicatione, et coordinatio atomorum etiam excogitabant; cum hac differentia, quod apud ipsos complexus hic, et coordinatio atomorum, sunt et eorum comitatio, et textura omnia exant fortuita; ac proinde accidentale exort ipsorum atomis hoc corpus praeter illo componere. Ex quibus clare constat horum Philosophorum inderjensibilij hexor, ut pote e medio tollens Divina providentia, si verum est omnia motu fortuito, et casuali combinatione atomorum aeternorum facta fuisse.

Systema Cartesii proponitur, et refellitur.

Hic Phil. veteres omnes tamquam in investiganda sapientia infelices, ac prope cecos inculpans, genuina philosophiae principia se reperisse tanta securitate adit adit, ut videatur illa de puteo Democriti recentem extractum primis in publicum produxisse. Sic quoque mundi Systema disponit. Supponit 1^o Deum ad initium produxisse substantiam, seu extensivam, quam indefinitam, unam in specie, et quamvis indivisibilem visque in infinitum, dividit tamen in sua creatioe in partes aequales, neque de sphaericas, ne quid vacui inter eas esse (judicat enim impossibile vacuum esse de potentia Dei) sed angulatas, quae sola contingunt se se, ac imbricem junguntur tractu exacto, et omne vacuum excludente. Huius deficit impresso deinde a Deo motu, quamvis particulae sic mota, ac circa centrum tornatae esse, ut ex angulata evaderet perfecta globosa, quatenus hoc impetu exacti sunt anguli, et deorsum quadam subtiliora fragminula libertati motus circularis obtinenda.

Exinde inferit Cartesius, maxime omnino haec, quae homogena ponit, fuisse hoc pacto distributam in tres particulas clares, seu in tria elementa; quorum 1^a dicitur materia subtilis, et constituitur ex subtilioribus illis particulis, seu fragminulis ex angulorum obtusione decidentibus, quae quidem particulae, nulla, inquit determinata habent figuram; quia cum nulli resistant, omnium figurarum capaces sunt. Haec materia subtilis usque adeo celeriter agitatur, ut non solum repleat quicquid spatii relinquuntur ab aliis corporibus, verum etiam ceterorum corporum facile poros penetret, quamvis angustas, adeo, ut nihil sit impervium eius subtilitati. Huius etiam ope a multis phenomenis explicandi difficillimis putat se expediri Cartesius, ut cum de motu agamus, videbimus. 2^o Elementum constituitur ex particulis quibusdam globosis, quae non ita sicut imae subtiliores sunt. 3^o ex crassioribus illis angulosis particulis, quae etiam dicit magna ex parte se constrictas, et concludatas fuisse, ut in ipsis strias coaeleorum adinvicem inflexas habeant; ideoque has vocat materia striatam: unde elementum hoc ex primi elementis particulis origine ducit; quatenus nimirum particulae sic inter se conjunctae, et ^{im} complexae sunt, ut quadam moleculari componant crassiores, et ramosas, quae proinde amisso motu, tertii elementis sua induunt.

Et ecce ex huius

elementis totum orbem terrarum contere confidentissime asserit Cartesius, pulcherrima Divinae sapientiae artefacta, quae ceteri homines tamopere mirantur nihil aliud esse putant, quam vile forragine haurunt particulas, quae in vortices, seu turbine distribute, vortices etiam orbis, ac inter alios hunc

in quo dagnus, eformantur. In quolibet qd vortex materia subtilis, dicit, censu occupare, ibi est
tunc corpus ex se lucidum, ut Solem, ac stellis fixas; ac demum in omnibus ignis, ac lucibus cor
poribus magna copia vigere. Particula globulosa (id est, materia secundi elementum) materia
subtili circumfusca, et extrussa, corpus salitum diaphanum, quod Caelum dicitur construxerunt, ac
proinde etherea substantia solent appellari. Haec particula, quia rariora sunt, spaciola
quaedam relinquit, quae uno elemento compleri debent. Tandem rariora illa tertio elementi
particula extrussa a subtilioribus in vaporum, corpora spacia, nempe planetas (in hoc
numero intellige etiam terra jta Systema Copernicanum, in quo Cartesii Systema fundatum
est) metalla, animalia, plantas componunt. Denique addit, quantitate motus impressi a Deo ab initio
materie, eandem perpetuo in tota materia usq. aduc perseverare, quamvis aliquando ab uno ad
aliud vortex transferatur.

Deinde denegat etiam ad sua substantialem, excepta anima rati
onali: unde acribit bruta animalia esse mera automata inanimata, seu machinas quaf
dam, quarum tota sua visus in organizatione, proportione, et dispositione partium mae, quae hoc
ipso redditur idonea ad tantam varietatem motuum, quos in bruij experimur: unde cludit varias
brutorum, et vegetantium affectiones ex varium partium figura, quiete, et alij provenire, quorum oper
dum hujus duobus versibus continetur:

Mens, mensura, quies, motus, positura, figura

sunt cum materia cunctarum exordia rerum.

ex quo ut videri, structura brutorum nos cogitare jubet instar orologii rotati, qd absq. alia
sua, quae artificio, ac debita dispositione partium, suos efficit motus, horat horas, et sonos edet:
sic: vel instar organi Pneumatici, qd praeij manu palmulij, et aere per varias fistulas suber
vire, tam multiplici, tamq. musico resonat concentu.

Sed quis n. miratur tam artificiosas
machinas, quibus ars nullas similes finget, tam facile, tam frequenter coalescere ex particulis
tam remere agitatis, sicut Cartesius sentit? Et quidem mirabilissimum est, quamlibet machina
v. g. candela, unico fustij ictu remere inflecto, sic totum inverxi, ut qui antea blandiebatur, hu
debat, gestiebat; deinceps fupiat, latet, minetur, idq. n. ad horam, sed ad annum integrum,
donec beneficij ierato libertatur. Ergo cum modus iste loquendi, ait Recensitor Sarcinae, pta
sensu totius generis humani, solum adstruat in bruij quandam metaphorica vitam (qua
le vivere Senesces rotato orologio, sicut ab Europa delatum, qd animal European, so
moratq. bestiola appellabant) idem alij, quos imitatur Forta micij locuntur. Illi enim, viz
tam cognoscitiva bruij denegant, sed concedunt animam, et vitam; quia anima jta Aristote
tele est actus corporis phisici organici potentia vita habentis; quae definitio dicit
tam portioni illi subtiliori, quae ipsi sua specialem vocant, quaeq. immediate ex Maig
nan vobis explicabo.

Item id Systema Cartesii circa principia rerum subtrahere net
quit 1o; quia haec Cartesiana philosophia, cum in atomistica doctrina sit fundata, po
llit omne distinctioe reale accidentium a substantia, sine qua impossibile est explicare qu
modo substantia panij convertatur in corpus Opti, manentibus ijde accidentibus,
quae erant in pane. 2o; quia nullum erit spiritum subtriale: cum enim, hoc nullum sit, sine mae,
et sua subtriale, ablata sua subtriale, absurdum auferetur spiritum. 3o; quia nulla erit diffia
specifica subtriale inter equum, et plantam, cum diffia haec collocent Cartesiani in atomistica
figura, visu, flexu, doxi, quae nihil referunt ad specificam diffiam; nam magis, et minus n.
variant speciem. Alij etiam pluribus rationibus desit, quaf siquis exerce, solida, et cau
dite, pertractare, et intellegere velit, Patet Lozada ~~ad~~, adeat, et videat disertatio
ne illa preliminarium ad sphaeram De Inventa Philosophia Cartesiana, quae hujus verby solu
dit: faceret qd a scholijs nostris haec novitas philosophiae, quae nullam rebus phisicis lu
et aferendo, difficultates incurrit insuperabiles, ut una, vel altera in peripatu erit,
nulli mediocri ingenio formidandam.

Propositus sensus Gasendi, Maignan, et Saquen
et in quo dividantur ostenditur.

Ecce duces alii pro atomis pugnantes, facile corpora sua naturalia ex illis constituentibus
Ipsiusque in remota a nonnullis spiritibus ad Cartesianis sub communi nomine at-
tribuitur, Imo differunt in eo, quod Cartesiani pro principij rerum ponunt modum divisi-
bilitatis indefinitum: Gasendus vero, et Maignan modum precise indivisibilem statuunt, non tam
mathematicè, quia semper accipiuntur corpuscula illa naturalia ad extensionem recipi de-
bent. 2º: Cartesianus vacuum reputat impossibile ad hoc divinitus obmagnum sui modum sub-
stantiæ abundantiam, quæ nullum locum innane relinquit: Gasendus vero, et Maignan vacuum
existens admittunt, ut in 1º philosophici libri videbimus.

3º: Cartesianus ad vitam animalium
bus, et plantis denegat: Maignan autem cum Gasendo, et Fosca plantis animam re-
tinet, brutis vero animam sensitivam recedunt: unde sentiunt, quod in brutis præter illam
compositionem atomorum, quæ vocantur partes generales, adest alia partes specialis, ex eo,
quod in illis viget aliqua portio materia subtilior, aut rarior, et mobilior, quæ quidem
sive existat in spiritibus vitalibus, sive in particulis ignis defecationis, aut aliter,
nervi, et fibræ totius corporis, variorumque membrorum motus causat. Hæc igitur ma-
teria portio vocari potest, inquirunt, partes specialis bruti, quia ceteræ bruti partes mo-
vet, actuat, ac perficit, imo et vivificat, cum sit principium intrinsecum motus illius: unde
concludunt hæc ipsa, et nihil aliud esse animam bruti. Sed quæ ait Illm. Boner Philosopho
tom. I thesauri Chiriaci disc. 13. n. 3A. hoc animam audeat nominare? unde ex
sententia tanti viri audeamus cum illo dicere, Gasenditarum in hoc puncto fere non dis-
tingui à Cartesianis. Quibus adde illorum systema pene eisdem inconvenientibus
obnoxium esse, ut reflectenti patebit.

De Sententia Chemicorum.

Chimici asserunt, omnia entia naturalia quinque, scilicet principij, tribus acerbis, nempe
curio scilicet, sulphure, et sale; et duobus passivis, nempe phlegmate, seu aqua insi-
pidâ, et terra. Mercurium vocant spiritum substantiamque subtilem facile a rebus exor-
tescentem, quæ tantum per phlegmate permixta, crescit in licore tenui, et solvitur, alio
quando inflammabile, ut spiritus vini, aliquando vero inflammabile, ut spiritus ac-
ti. Sulphur appellatur ab ignis substantia oleosa inflammabilis, pinguis, et vitumina-
salis nomine intelligunt solâ, sapidamque substantiam, aqua solvibilem, et quæ medico
calore crescit, et vehementiore liquescit. Per terra intelligunt substantiam aridam et
viscidam, quæ facile absorbet reliquos humores; quæ etiam appellantur terra damna-
ta, et caput mortui, quasi nullius agentis potentia ventientis. Phlegma est substantia li-
quida, seu licor minime inflammabilis, quo valde facile solvitur. Cum autem chimi-
ci ignis beneficio hæc omnia educant ex mixtis, volunt ea ex illis quinque principijs, ita
ut sal sit veluti varius, quo quidem mediante aqua solvitur sulphur, cui mixtura
Quod idem ~~vero~~ parte probari solet; tunc quia in firmamento nullū apparet fluiditatis indicium, cū in stellis fixis nulla sit variatio motus, aut situs; tunc quia sic optime explicantur nonnulla loca scripturae, et Patrum, quibus colorū soliditas inquiratur, quae quāvis & Caeli in plurali loquantur, intelligi possunt & firmamento, et Empyreis. Insuper, quia ubi scripturae loquuntur & motu stellarū naturali nunquā illud Caeli attribuit, ut orat ex libro sue cap. 4. U. M. Celestiares, cap. 4. U. A. Rom. 18. Habacuc 3. U. 11. ex quo videtur, stellae ipsae ob ipsarū ~~causā~~ fluiditatem moveri. Tandem: ideo admitte dū Caeli fluidi, vel quia stellae sustentarentur, vel quia ipse necesse haberent moveri: Non 1^o quia stellae, cū unaqueque sit quōdam globum in se ipsa habent centum magnitudinis, et gravitatis: unde nullomodo gravitentur. Patet in terra ipsae quae in aere sustentantur, eorū in se ipsa habet centum gravitatis, cui spiciant, et ad quae reliquae ipsius partes moventur. Non 2^o quia ad motum stellarū videtur naturalis impulsus, quod Deus illis à principio impressit.

7 Solidi

non terra e corpus gra 72.

Quod idem vero parte probari solet; tunc quia in firmamento nullū apparet fluiditatis indicium, cū in stellis fixis nulla sit variatio motus, aut situs: tunc quia sic optime explicantur nonnulla loca scripturae, et Patrum, quibus colorū soliditas inquiratur: quae quāvis & Caeli in plurali loquantur, intelligi possunt & firmamento, et Empyreis.

Quaestio 3^a: quot sint caeli tractandi? Aegyptii, Caldei, et alij veteres astronomi. octo celos tractabant, ex quibus septem Planetarum assignabant ob diversum eorū motum ab Occidente in Orientem, et unum stellarū fixarū: caelum hunc vocabant Imū mobile eo quod ceteros movere excogitabant. Sententia huic addidit Ptholomeus caelum aliud, quod ceteros tanquā Imū mobile abriperet: postea tempore Alfonso Regis anno 1240 notantes Astronomi quendam motum repudiationis dictū in stellis fixis, ad novum caelum aliud addiderunt. Alii vero ^{qui} celos omnes stellarū fluidos esse dicunt, saepe tenent stellas omnes esse fixas, quae errant in uno caelo vivente, et cuius ambitus sit à Luna usque ad extremitatem partem Empyreis.

Notandum autem cū sancto Joanne Damasceno lib. 2 de fide orthodoxa, necnon, et cū Gaspari Escoto, et Torca & astronomo. lib. 4. p. 6. de Planetarum firmamentis tantum celos numeramus, Planetarum nempe, quod est terra propria, scilicet tota regio fluida ubi errantia videntur, seu Planetae vagantur. 2^o firmamentum stellarū fixarū praedictum, adque valde magnū seipsum, quippe quā tot immensa magnitudinis astra in eo continentur. 3^o Empyreum, quod significat Apoc. 2 cor. 12 ubi de caelo dicitur usque ad 3^o caelum. vide figuram M. S.

72 tantum sunt Celi Planetarum, firmamentum, et Empyreum

De Sideribus eorumque influxu in sublunaria 1.º 2.
Sidera alia sunt fixa, alia errantia, seu Planeta. Fixa dicuntur, quae locum, et ordinem divinis incessanter non variant, vixque motum nisi diurnum habere videntur. De his postea. Planetae sunt sidera, quae tum incessanter, tum fixis nullum constantem locum, et motum observant. Septem sunt planetae, scilicet Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Jupiter, et Saturnus. Omnium corpora essentia sphaerica, omnia pariter sunt gratia praeter Solem, qui natura luce fulgens, ceteris planetarum lumem praestat adeo, ut ad nos usque reflectant. Praeterea communiter etiam vicini Planetarum magnis montibus, scopulis, et habitatibus utare more Telluris, et quidem quoad Lunam eo impudenter ventum est, ut in illa silvae, rupes, campi, lacus, flumina, maria, domus, animalia, et arbores in illa aspicere dicantur: quodquidem hodie ad risum a plerisque excipitur joci causa.

Fluant in sublunaria non solum per lucem, et calorem, sed etiam per occultiores alias influentias, quae casu sunt pro varia indole, vel temporis siderum, vix est qui neget. Magna tamen visus ipsius influentiae est potentia inter corpuscularum, et Peripateticorum, sed hi meras esse qualitates asserunt, illi vero nonnulla effluvia corpuscularum. Decisio pendet ex generalibus utriusque Philosophiae principibus.

De Luna, eiusque Eclipsi Sectio 3.

Quamvis Luna Seneca 4. v. 16. luminare magnum appellatur, ea tamen nec lumine proprio lucet, nec debet nisi inter minora sidera recenseri. Ad quod nobis proxima sit, lumemque solis fortius ad nos reflectat, ideo ceteris Planetis maior, ac lucidior apparet. Opacitate Luna ostendunt tum eius Phases, seu aspectus, quae pro diverso solis aspectu diverse sunt: tum etiam eclipses, quae interpositu terrae

inter ipsa, et Sole pariter. Denique superficies eius aspera esse ex eo inferri potest, quod Luna non in solo puncto, ut specula convexa, qua polita videntur, sed ex omnibus punctis, et in omni parte reflectat: quin etiam maculae, quae in Luna communiter demonstrantur, Luna partes alias eminentiores esse instar montium, alias depressiones instar vallium.

Luna singulis mensibus circa propriam axem revolvitur acurately observacionibus demonstrat D. Cassinus. Qualiter quod fieri possit ut eadem illius facies semper terrae obversatur sed ipsa circa propriam axem circumagitur, manifestum in exemplo hominis, qui circumferentiam maiorem circuli in area exarati sic percussit, ut semper in ipsius circuli centrum respiciat: nam ^{cum} in integro illo circuito circa se ipsam revolvitur necesse est. Praeterea Luna ab Occasu in Ortum 13 fere gradibus quatuordecim die progreditur, ita ut cursum suum spatio 27 dierum et octo fere horarum absolvat et hic mensis periodicus vocatur, quia nimirum Luna ab Occasu in Ortum mota periodum suam absolvit. Mensis synodicus Luna est 29 dierum, et 12 horarum, inde eo tempore, quo revolutionem suam periodicam absolvit, Sol 27 Zodiaci gradus percussit, ideoque duobus aliis diebus indiget Luna ut Sole aequatur.

Si autem facile intelligimus vultus varias Luna maculas ex quibus ea conjunctio, quae Novilunium, plenilunium novum et Luna Cassini, et decessus manifesta fiant viderate figura D. 6.

Fig. 6

in qua S est Sol, qui a loco distantia Luna illuminat: Luna est A inter terram T, et Solem. Ibi quod est conjunctio cum Sole; et cum in hac Luna positura tota emisphaera illuminanda versus Solem respiciat, necesse est aliud oppositum emisphaerum obscurum esse versus terram; quo fit, ut nullomodo Luna videatur. Fingere ulterius Luna per aliquot dies esse in B. tunc quod ea aequaliter e terra videbitur pars emisphaerum illuminata. Posita deinceps in D maior apparebit: in F quadrans erit; et sic proportionaliter usque dum in M posita oppositione cum Sole habeat, sine plenilunium succedat.

Ex his inferitur Luna nunquam minorem lucem a Sole accipere quam in plenilunio, seu oppositione cum Sole. Ratio est; quia maius luminorid ut est Sol tanto minus oppacit illuminat, quantum invid magis ab illo distat; sed Luna in plenilunio magis distat a Sole, quam in quacunque alia positura: quod 2^o: Luna nunquam magis a Sole illuminata quam in Novilunio, nam tunc magis approximat Soli, ac per consequens maiorem lucem participat. 3^o: respectu terrae nunquam fuisse plenilunium perfectum: nam si oppositio Luna cum Sole est Diametralis, et perfecta, tunc pariter eclipsim: si autem talis non est, tunc deficit lux in aliqua, quamvis invisibili portione Emisphaerum Lunary a terra inspecti: quod.

Ex quibus omnibus eclipsium Luna iam demonstratur: fit quod quando Luna existente in oppositione cum Sole, terra exacte media occurrat inter illa, et Solem, sic quod impedit ne Luna a Sole illuminetur ut patet in fig. B. Eclipsium tamen ex hoc capite non fit in aliis Planetis, quia umbra terrae ad illos non pervenit: haec enim un-

Fig. 7.

proicitur

bra projectur ad instar coní, veu piramidí, cuius acumē desinit antequam ad su-
periores Planetas perveniat. Cur autē umbra terre, projectur instar piramidis, eo
eo pendet, q^d ad corpus oppositū sit minus lucido, creat umbra tanto minorē, quanto a
se remotiorē; cū q^d sol millej maior sit terra, oportet istius umbra tanto fieri mi-
norē. quanto remotiorē, donec tandem coeuntibus solij radij desinat in acumē.
Eclipsij q^d solij contingit, cū luna in conjunctione solij ita reponitur, ut sit exacte
inter nos, et illū; nā cū luna sit corpus oppositū necesse ē, ut soli reposita nos
vis illū regat: est autē tanto maior eclipsij, quanto magis luna incurrit in so-
lē, et propterea quanto ē magis perigea; nā corpus oppositū, quanto vicinij
nobis existit, tanto magis contigit, et eripit lucidum. vide fig C. 8.

Eclipsij Solis.

Sectio 4.^a De Mercurio, et Venere.

Utrique istae Planetae circa solē volvuntur, suūque lumē ab eo accipiunt. Mer-
curij nunquā longius quā 28 gradibus, et Venij 48, aut circiter a solē
recedit: unde fit, ut vespere tantū, scilicet paulo post solij occasū, vel mane
ante illij ortū nobis appareant. Venus tamē nunquā pleno die sub oculos ven-
nit, si a solē quantum potest recesserit; cū igitur Venus longissime a nobis
recedit, tū pleno nobis orbe lucere videtur, quia faciē a solē collustratā no-
bis obvertit. Mercurius quoque cū nunquā sub observatū cadat nisi in ma-
xima digressionē a solē, vix unquā rubo opaco rotundus videtur, sed ince-
dit bifariā rectus, ut luna in quadraturā: ceterū haec variationes neque in
Venere, neque in Mercurio sine telescopio conspicimur. Fig. 5. A. B. C.

De Sole. Sectio 5.^a

Sol ē corpus lucidū millej maior terra, ab eaque distant juxta D. Cassinū
triginta millionibus leucarū: juxta vero computū scientiarū Academiae tri-
ginta tribus. Tres motus ab Astronomij soli tribuntur: 1^{us} ē circa propriū
axē ab Oriente in Occidentē spatio 26, vel 27 dieb^{us} cū 8 horj. 2^{us} ē mo-
tus diurnus, quo circū terrā ab Oriente in Occidē, sive se ipsa, ut Ptholom-
us, et Ticho judicant, sive apparenter dumtaxat ut videtur Copernico, singulj
24 horj absolvitur. 3^{us} est annuus motus, quo per 365 dies, 5 horas cum
48 minutj, et 37 secundj Zodiacū ab Occidē in ortū percurrit; atq^e in eo
singulj dieb^{us} 59 minuta cū 8 secundj unius gradus conficit. Fig. 5. S.

De Marte Sectio 6.^a

Mars spatio unij annū decē mensū, et quindecim penē dieb^{us} circūter
suū circa solē absolvit: in ipso quaedā macula telescopio deprehenduntur, ex q^o

ad circa propriū censū spatio 24 horarū, et 40 minutarū revolvi colligit D.
Cavimus. vide fig. 15. A. B.

De Iove, et eius satellitibus Sectio 7^a

Jupiter periodū suā in Ellipticā 12 annorū spatio efficit: fasciū quibusdā
obscuris cingitur, quae modo plures, modo pauciores apparent, in quibus maculae
quaedam albicantes compiciuntur. In descriptione foris fasciū circumdā, quae
ab ortu in Occidū spatio 9 horarū, et 56 minutarū feruntur, quo tempore ju-
piter circa se ipsū revolvi intelligitur. vide fig. 16. A. B. C.

Vid
10 se

Quatuor circa Jovē vertuntur veluti Lunulae, quas primo detexit Galileus
anno 1610. Primus, et interior satelles curvū suū circa Jovē intra unū diem
18 horas, et 29 minuta absolvit. Secundus intra tres dies 13 horas, et 48
minuta. 3^{us} 7 diebus 1 horā: 4^{us} denique 16 diebus, 18 horā, et 5 minutis.

De Saturno, et eius Satellitibus Sectio 8^a

Saturnus omnium Planetarū remotissimus periodū suū intra 30 annos
conficit. Eorū habet respectu ad Solem, ac Martem, et Jovē; sed in super-
varias induere formas videtur, modo enim rotundus, modo ellipticus, cen-
tus: hanc mutationē causā invenire se desperabant astronomi cum
Clarissimus Huygenius rem omnē per anulum latū Saturno circum-
positū feliciter expedivit. vide fig. 17. A. B.

Igitur Planeta hic anulo quodā
latiore n̄ recit ac sphaera armillarū cingitur. Itaque ad huius anuli
planū sic dispositū ē, ut continuatū per terrā censū transiri debeat, tum
ā nobis pra sua exilitate n̄ cernitur, sed tunc Saturnus omnino globatus
apparet; sed si planū anuli oblique nobis exhiberetur, tunc ut ellipticus conspi-
cietur.

Circa Saturnū q̄ 5 satelites converuntur, quorū revolutio est

huiusmodi:

- Primus curvū suū absolvit die = 2 hor = 19 min.
- Secundus = = = = = 22 = 17 hor. 11 min.
- Tertius = = = = = 42 = 13 hor. = 17 min.
- Quartus = = = = = 48 = 22 hor. = 14 min.
- Quintus = = = = = 79 = 22 hor.

De Cometis Sectio 9^a

Per cometā intelligunt astronomi quoddam corpus lucidū sphericū, quod repente in sublimi apparet, et iterū evanescit, sic tamē, ut appareat raro, ac sine certa lege hactenus cognita, duresque ut minimū dies aliquot, iterū plures menses, iterū annū integrū, et ultra. Iniquidē dicitur Cometa, cū radius luminis circumfundit instar comae: barbarus, cū ex aliquo latere modica radiorū parte extendit instar barbae: Caudatus, cū partem radiorū longius, et retro proterdit instar caudae: falcatus, cū hanc ipsā caudā exiit curvā instar falcis. Cometas aere, et luna longe superiorē esse demonstrat nulla, vel saltem exigua eorū diurna paralaxi, eorū autē esse corpora ex vaporibus, et exhalationibus conflata affirmat Newtonius: quō nimis, ut Seneca ait lib 9 natur. quest. c 22 cometa n̄ substantiū ignis, sed inter aeterna opera naturae recenseri debet, quāvis aetū quoddam a mundi exordio conditum. Et quidē cū cometa in maxima a planetarū distantia appareat, quō credet aut sapiens Jacques planetarū vapores tā longe ab ipsi avelli? Quo etiā argumento repelluntur, qui cometas ex solis exhalationibus oriri fabulantur: cometa enī in maxima a solis distantia apparere incipiunt repurione, ad quā distantia accedere repugnat densitate, et gravitate vaporis. Circa motū cometarū eadē servantur leges, ac in Planetis.

De Stellis fixis Sectio 10.

Stella fixa dicuntur, quae eandē semper distantia servant inter se. Numerus illarū, quae modis oculis videntur ad 1500, vel 1600 ascendit; illarū vero, quae telescopio ope distinguuntur ē incomparabiliter maior; taliter, ut P. Ricciolus asserat, posse quada verosimilitudine credi ad duo usque milliones stellarū fixarū numerū ascendere. Quid op, ait M. D. Feijoo, si sicut planetae, ita, et distantia secundū progressionē geometricā habent? fortis erit stella, quae a saturno distet mille milliones leucarū magis quam saturnus a terra; erit etiā stella, quae mille milliones maior sit ipso sole, qui quidē id ^{mille} ~~mille~~ maior ē terra. Igitur inter has stellas fixas veteres astronomi 48 constellationes, seu asterismos distinguere (sic vocant caetū plurimū stellarū) sexque discrimina quantum ad apparentem earū magnitudinē inter eas statuerunt: adeo ut 1^a dicantur prima magnitudinis, scilicet Sirus, Arcturus, Cappella &c. Plures sunt secunde magnitudinis, ut stella Polaris, stella plaurū maiorū: plures adus tertie, quartae, et quinta, et tandem sextae magnitudinis, quae nebulosa vocantur.

Ex huj op 48 Constellationibus 24 sunt representationales, 15 astra

olligit D.
 a
 ibusda
 macula
 da, que
 tempore ju
 Vid. Feijoo l. 1. c. 27
 de cometis.
 Tablay.
 nū diem
 1, et 1/2
 nūq.
 8.
 30 annis
 super
 y certis
 ni cum
 ciacum
 quoda
 nulli
 tal, tum
 barus
 conspi
 o est

(hispanice et) ⁺
 Note) les, et 12 in Zodiaco. Septentrionales sunt ursa minor,⁺ que quia Italy vlti
 montes, seu Alpes apparet vocatur ab illis transmontana: quia fluita quondam
 in mediterraneo navigatione sua regebant, quare qui amiserant transmonta
na, sive quod ex oculis erat subiecta, ut in incerto positi temere fluctuare
 dicebantur. Porro sequitur ursa maior, Draco, Boetes, in quo conspicua est
 uia Arcturus: Cephus, Corona borealis, Hercules, Lynx, Ox, Cassiopea, Pse
us, Antiope, Serpentarius, Serpens, Sagitta, Aquila, Delphinus, Equulus,
Equus alatus, Andromeda, et Triangulus.

18. Constellationes meridionales sunt Cetus
Orion, Eridanus, Lepus, Canis maior, in cuius ore stella erat omnium sub
 pentissima, que vocatur Syrax: ad quam ubi sol occidit dies efficit canicular
 tres: Canis minor, Hydra, Basilius Argo, Crater, Corvus, Centaureus, Lupus
Auribulbus, seu ara, Corona Australis, Piscis Australis.

12 Zodiaci sunt Aries,
Taurus, Geminis, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus,
Aquarius, Pisces, unaqueque harum correspondet ex 12 mensibus anni, a
 Martio, et Auiere incipiendo, quia quolibet mense unum signum percurrit
 sol in Zodiaco.

Omnes fixe, stelle propria luce fulgent; nam cum sint a sole
 remotissima, precipue cum sol in oppata Celi parte existit, nulla a sole lu
 cem mutare possunt: etenim cum sol cum omni sui mole ob ea, que recedunt
 a terra distantia in nisi palmarij apparet, quid putat minor apparere
 debet & stellis fixis conspici?

De Motu Fixarum.

Duo sunt motus in fixis: 1^{us} est communis omnibus astris, cum quo super mundi
 polos moventur ab oriente in occidentem. Secundus ab oriente in orientem super polos Clip
 tice. Motus hic adeo lentus est, ut ab antiquis pene cognitus non sit. Tercius
 motus ab oriente in occidentem adeo velocis, ut pene incredibilis censetur. Nihil
 hominum ratione arith^{metica} ita velocis esse vobis ostendam ex Fica. Ponite ergo ut co
 muniter sentitur, fixarum a terra distantiam esse pluraquam 34370 semidiametro
 rum terre; sit itaque 343800 semidiametrum: et hic numerus est semidiameter circuli
 maximi, que fixe 24 horis percurrunt: igitur totus diameter erit 6876
 00 semidiametrum terre, cuiusque circumferentia continebit 2159064; et hoc est,
 quod fixe 24 horis percurrunt. Dividatur deinde totus inter 24, et quotus
 89964 erit quod fixe una hora percurrunt. Dividatur hoc¹ in 60 minuta, et quotus
 venietur quolibet minuto deambulare 1499 semidiametrorum, et Trigesimam
 Dividatur insuper in 60 secunda, et quolibet, id est in pulvis arearum prope
 25 semidiametrorum terre, qui pluraquam 25000 Leucas hispanicas continent,
 percurrunt. Nota tamen semidiametrum & quo loquimur 1000 Leucas hispa
 nicas tantum comprehendere.

De Astrorum Distantia. Sectio II.

Quo maior est astris paralaxis eo nobis vicinior, quo minus eo remotior, au
 tum iudicatur; ideoque ut siderum a nobis distantias definiant astronomi in
 inquirendis eorum paralaxibus tota incumbunt, nam si he, nullae sint, aut pe
 ne insensibiles, nullomodo astrorum distantia investigari valet. Itaque, cum pa
 ralaxis lune sit admodum sensibilibus, ideo distantia eius a terra clare ag

qui 25920 anni con
 siderat = plan^{is} 12^o 12
 pag. 318.

1000 Leucas semidiametrum
 terre comprehendit

norcimur. In caeteris vero planetis re; hac vero similitudine n̄ progredimur; nā in mercurio, venere, sole, Marte, difficilime aliqua sentitur paralaxi; in Iove, et Saturno vix vlla; multo minus in cometi; quoad fixas atinet q̄ sūt longe evectiores, quā ut vllā paralaxim prodant. Ratio horū ē; quia terra semidiameter, quod pro comuni mensura accipitur ad distantia caeterorū Planetarū praeter lunā, pene invenibilis ē; et respectu fixarū nullus, quia terra respectu firmamenti in vna puncti est; nā juxta P. P. Nicolo semidiameter terra ē ad semidiameterū Cali fixarū sicut 1 ad centū mille; opposita hunc astronomū a terra distant secundū regulā infrapositā.

Luna distantia a terra est 67 Sem. = min 51.

Distantia maior. = Minor
Luna est 67 sem. 51.

Veneris	10869 Sem. = min. 1077.
Mercurii	-----
Veneris	----- 12924 Sem. = min. 1917.
Solis	----- 7648 S. = min. 7080.
Martis	----- 24006 S. = min. 2372.
Jovis	----- 47677 S. = min. 26346.
Saturni	----- 90176 S. = min. 97722.
Fixarum	----- 100000 S. = min. 90176.

Vid. h. scilicet tom. 1. pag. 135 vbo cometas = et tom. 2. pag. 107, ubi dicitur, Cudi lunam distare a terra 64 semidiametris; et delem 34377 = Insuper ait a Keplero distantias Planetarum a sole esse inter se sicut radices cubiq; quadratorum suarum absolutiorum.

Haec dicta sunt ex sententia sapientij istius localis: sed si verū fatear, sentio ad Ill. R. feipō tom 7 theatri dixer. 1. quē instructionij, et curiositatij gratia legere oportet quod quantum ad magnitudinē, et distantia astrorū tota astronomia deficit, dū ad Saturnū pervenit, inque sicut et in Iove n̄ tantū demerget, quā opinatur Astronomij: quomodo op fixarū distantia, et magnitudinē deprehendet? Vinco Ptholomey eandē distantia, ut incertū assignat.

Disputatio 1^a De Mundo elementari. Quot sint elementa, eorū natura, et Regio exponitur. §. 1^o

Ad elementaria regione e Caelo descendimus, quā ex quatuor elementis igne scilicet, aere, aqua, et terra composita putantur esse peripatetici. Quod si quo jure quatuor, quāve proprietate elementa vocentur cū ex Aristotele elementis nomine intelligatur principium intrinsecū alicujus rei, quod ē primum in compositione, et ultimum in resolutione? Dicunt peripatetici hanc elementis definitionē proprie Ailly n̄ venire, quare supponunt componi ex materia, et forma substantiali (quas proprie elementa vocant), et similiter negant eorū fieri substantiales manere in mixtis actu, et finaliter, solidque manere potentia, seu virtute concedunt; id ē, quatenus forma substantialis cuiuscumque mixti etiam hominis virtute a elementorum participat in exigendo qualitates eorū proprias, tamēdi temperatas: quo sensu forma mixti ē forma virtualiter in se mixta, aut continens aliquatenus partem ignis, aeris, aquae, et terrae. Adhucque Peripatetici in hac ipsa elementa resoluunt mixtum quodammodo resolutione minus propria, quatenus ex eo per operationē Chemicā exierunt haec corpora quaedam huius elementis valde cognata, nempe spiritus inflammabilis, fumus aeris, humor aqueus, et cinis terreus, quibus omnibus stat a praedicta vocari in peripatetico elementa n̄ proprie, quasi simplicia sint, sicut materia, et forma, sed improprie, quia sunt veluti prima orbis sublunaris fundamenta.

Quare, nūc a haec elementa sint generabilia, et corruptibilia.

tibilia? Obegant corpusculari, omnesque illi, qui fiant subtilitate in elementis non agnoscunt: unde dicitur ad extinguendum ignem non consumitur substantia, sed solum dividitur in irregulares in corpuscula inveniuntur, quae in partem circumstantiam corporum se se abscondunt; dicitur idoneo aliquo motu in mole congregantur, tunc ignis accenditur: sed affirmant peripatetici; non enim credunt fieri posse ut in tota libra puri pulveris u. g. consineatur tanta ignis incorrupti copia, quanta inde prodire officina medica videri solet; nec ut ignis particula accendatur illic in aqua, per quam undique affusioque

Non extat sphaera ignis in concavo lune

Regionum nomine vanis propriis elementis locis, in quibus, velut in partibus, collocant: sub igne aere: sub aere aqua, et in infimo loco terra. Hoc tamen systema quod ad ignem duplicet in huius aetate Philosophis: nam in primis tam vasta ignis sphaera, quae mole superare creditur cetera reliqua elementa simul sumpta, quomodo non tota aeris regione consumitur, et Phaetonis incendium renobat? praeterea cum ibi acerbitas ignis deberet esse vehementior, ut posse existeret in statu maxime conaturali, et a rationis libere. Praeterea nullo experimento, efficacique ratione probatur; nam quod flamma sursum tendat solum probat eam esse circumfusam aere leviora, non vero in centrum tendere sicut in sphaera super aere posita: fumus enim tendit sursum, et viam aqua immensus nititur ascendere, nec tamen sphaera aliqua peculiaris gesserunt. Si tamen ignis mixtissimus, quod praeterea elementis propria caret sphaera, solatio tibi sit opinio existimantium illius sphaeram esse orbem, et stellas fixas, ubi praecipue ignis effectus, calor scilicet, et illuminatio percipiuntur.

Aqua statunt peripatetici in propria regione

ne, sive in mari, aliter tota terra; sed communior sententia tenet, quod aqua sit depressa magnis terrae partibus, videlicet montibus, et montibus: nec parum favent sacra litterae, ut cum dicitur Psalm. 136 ipse super maria fundavit eum, et super flumina preparavit eum, nempe orbem terrarum; et Psalm. 139 qui fundavit terram super aquas. Itaque quantum in principio mundi Deus terram creaverit aquas undaeque operata, deinde tamen, ut habetur Genes. cap. 1 congregavit aquas in locum unum, id est in ingentem terrae cavitatem, quae nunc aquas plena vocatur mare, atque haec ipsa nunc elementis aqua propria regio, cuius superficies tametsi non nihil depressior superficie terrae, cum ea tamen afficit unam sphaeram, seu globum unum communi circulo concluditur ut mathematici demonstrant, quicquid proprie globi terraquei dicitur, quasi ex terra, et aqua conuenit. Non tamen eundem occupat locum a superficie globi terraquei usque ad superficiem lune. Elementum hoc innumeris aliorum, et vaporibus, qui e globo terraqueo, e surge incoly, ac mixtis procedunt, repleti sunt eundem usque ad altitudinem usque 40, vel 50 milliarum: unde hoc aereus spatium dicitur Atmosphaera, id est sphaera vaporum. Multis videtur aer esse parvis a superficie vixta Atmosphaera usque ad lunam. Immo sunt, qui vellent, ut in eo spatium non ad dicatur aer, quod purus Aether, quo nomine intelligunt substantiam tenuissimam, fluidissimam, et summe diaphanam, quae sit ipsa substantia caeli saltem planetarum, et quae procedatur a firmamento usque ad terram, quantum in atmosphaera nomine aethery amittat, et appelletur aer. Haec substantia, quae globulosa statunt aethereis motu continuo, et pernicissimo agitata necesse per calidum, sed per aerem, terram, et aquam diffusa est decantata mox illa substantia, et etherea Cassiopeorum.

De Meteoris, Meteorum Natura, et eorum mirabilibus Sectio I.

Meteoris vocantur quidam effectus, aut impressiones, quae in sublimi aere con-

ingunt ut fulgura, et tonitrua: et quae in terra, et aqua, et marij aeris terrae motus
 1. Meteororum materia est halitus, cuius duplex est genus, vapor scilicet, et exhalatio, quae
 quiddam diu subtilior est dicitur spiritus, diu vero crassior fumus vocatur. Dicitur exha-
 latione a terra, vapore vero ab aqua profluere, sed hoc non debet intelligi a terra,
 et aqua solij, aut pruj, sed simul de mixtis omnibus in utroque elemento dependentibus:
 ab omnibus enim continuo profluunt particulae materiae calore attenuatae, et rarefactae,
 quarum profluvia dicimus halitus. Hinc Atmosphaera innumeris vocatur corpusculis
 ly terrae, aquae, sulfuris, nitri &c. Hinc communis opinio est, quod huiusmodi halitus
 plurimique retinent naturam mixtorum, e quibus profluunt, quia nec semper conuertuntur
 diu in meteoza formantur. Causa autem evaporationis tot halituum e corporibus memo-
 rantur est necesse calor ipsorum, sed et solij praesentia in huius corporibus, quae non aliter sub terra
 reconduntur: in aliis autem, quae in profundis terrae visceribus continentur, ut metalla, fo-
 silia &c, causa est subterranea ignis, qui in magnis pyrophilacis terrae reconditur.

De Nube, Aura serotina, Proxe, et Nebula. Sectio 2^a

Nubes est vapor aeris regione condensatus. Tres veluti regiones in aeris sphaera
 distinguuntur. Prima, seu infima extenditur a terra usque ad nubes aeris nostrae vicini-
 tates; 2^a continet spatium illud, quod ab ipsius nubibus occupatur. 3^a est reliquam aeris spa-
 tium usque ad lunam. Demerantur autem vapores aquae a nativo frigore, quod facillime
 in media regione recuperant eo quod magis distant a vehementi reflexione radiorum
 solarium, quae causat ipsa terrae superficies.

Aura serotina vocamus

genus illud, penetrantem halitus, qui diurno solij, una cum vaporibus ex-
 erit statim post solij occidit. Haec aura valet multum in locis noxia esse
 praesentia hominibus, quibus potius sunt aperta. Aura serotina consociandus
 est res maritimus, qui nihil aliud est, quam vapor tenuis, qui a leni calore so-
 ly occidentis e terra elevatus in vltima infima regione aeris ascendit, et nocturno
 frigore concretae cadit nocte, et summo mane revoluitur in guttulas. Pro-
 xe non dicitur pruina, nisi quatenus acriori frigore congelatur, magis abundat
 spiritu nitri. Nebula est halitus crassior nube, et terrae vicinior. Hic gravitate,
 et crassitie sua nequit media regione aeris ascendere: Sape nebulis aquae vapor
 miscetur, ij praesentia, quae ex fluminibus assurgunt, ex quo fit, ut quae pruj ne-
 bule sunt, postmodum alij elevatae nubes fiant in pluvia resolubiles.

De Pluvia, Nive, Grandine, et Glacie. Sectio 3^a

Pluvia est nubes in aqua resoluta. Vapor enim iam coactus in nube si reddatur
 frigidior, densior, et crassior resolvitur in aqua guttas, ut in olle ferventis operculi
 lo videre est. Diu guttae minutissime defluunt, pluvia dicitur rillidium; diu ma-
 iuscula imber; diu praecipitans nimbus. Si vapores in nube densati imber des-
 cendendum non liquescant, quod tunc accidit quando utraque pars iam inferior, quae
 superior frigidior est, tunc non pluvia guttae, sed nivis flocci praecedunt. Nix quippe
 nihil aliud est videtur praeter eos floccos, qui ex tenuissimis aqua particulis in-
 tar spuma multo aere, ac nitro abundantibus, et frigida conceptis exurgunt:
 hinc est, quod nix secunditate terra promoveri, quoniam multo nitro abundat. Nive
 do solidum a nive dicitur, maiore siccitate, et solidiore compactione partium, quae pro-

Quid nubes?

Quid Aura serotina?

Quid Prox?

Quid Pruina?

Quid Nebula?

Quid Pluvia?

Quid Nix?

Quid Grando?

Quid Glacie? venit à maiore copia salis, fortassis etiã diversis. Glacies è liquor inrenuo frigore induratus, concurrense simul spiritu exicante, cuiusmodi è spiritus salis nitri: unde solus frigus quantumvis intensus non sufficit ad glaciẽ inducendã: nõ aqua in profundo maris è summe frigida, et tamẽ non congelatur.

De Ventis Sectio 1^a

Ventus è ingens materia spirabilis, mole impetu vehementi, fluens instar torrentis: unde et dicitur ventus non sufficit quacumque portio aeris vento agitata, qualis v.g. foliis dicitur. Nomen materiae spirabilis intelligitur aer Atmosphaera, qui solus respirationi è aptus. Oportet impetu, et concitationem ventorum conuenire, unde ex natura mireremur: nec mirum ad scriptura dicat Deum producere ventos de thesauris suis; id è de occultis; sed inter alias (non enim una semper causa est, sed pro varietate circumstantiarum multiplex, et varia) generaliter effectiva causa ventorum videtur esse sol, non tantum quia calore suo subterreanorum halitus turbidum iugante, magnam evehit vaporum copiam; sed etiã maxime, quia susceptum aerem rarefacit, ac dilatat; et sic oriente sole frequenter excitatur ventus. Quod autem ventus in una parte potius quam in alia fluat, provenit ex eo, quia aer ab ea parte, qua ventus fluit, debilior invenitur, et facilius mobilis ob maiorem humiditatem, raritatem, aut alia accidentia.

Ventorum distinctio desumi potest ab eis partibus horizontalibus, à quibus perflant. Praecipui, et Cardinales sunt Eurus seu Solanus ab Oriente spirans; Zephyrus, seu Favonius ab occasu; Boreas, et Aquilo à Septentrione: et Austus à meridie. Praeter hos plures alii collaterales numerantur: et nauta distinguunt viginti duos. Eorum proprietates desumuntur à regionibus, per quas transeunt: et sic qui à meridie flat, callidissimus est, quia per Zonam torridam transit: qui ab Occidente, humidus, et pluviosus, quia ex mari Atlantico nobis ad Occidentem posito plures vapores comportet imbrebus solvendo.

De Fulmine, Fulgure, et Tonitru. Sectio 2^a

Fulmen è flamma in sublimi accensa, et videns impetu vibrata. Fulgur è splendor fulminis: saepe etiã sumitur pro rarioris flamma subito accensa, qua vim comburentem non habet. Tonitruum è fragor ex violenta aeris fractione resultans. Illud autem quo loca metereologica contingunt hic est. In vaporosa nube, saepe includitur, et coarctatur exhalatio nitrosa, et sulphurea copiosa, quae hieme, quia tunc maiora à terra profuit huiusmodi exhalationum copia. Haec exhalatio materia è fulminum, ac fulgurum; sed scilicet nimium incaluit, vel ab ignis particulis, quas secum differt, vel à solaribus radiis in nube refractis. Tunc ab huius causis ignis repente concipitur, subito rareficens, ampliorisque locum ambiens, nubem magno impetu rumpit, et vicinam aerem flagelat, unde resultat tonitruum; simulque flammam ejaculatur, in qua fulmen, cum fulgure consistit. = Quod si exhalatio tenuis sit abit in flammam rarioris materiae combustibilem, et acidam, qua impetu ex violenta eruptione concepto ad terram usque pervenit: et haec sola fulmen vocari solet. Unde fulmen non est lapsus e nube vibratus, ut vulgo creditur, sed consistit in magna portione ignis e nubibus ejaculata, quae aliquando ad terram non pervenit, vel quia non sufficit ventus, vel quia e latere, vel e superiore parte nubis assumptus: plerumque tamẽ oblique descendit, vel ob aeris rarefactionem, vel quia nubes obliqua vulnere rumpitur. Hinc

Tomado fontem
rea fontem, ful-
men, et fulgur?

Quid est

Quid est
Coro

fulmīd frequentius montes, turres, et arbores ferit, quia ad obliquos motu per aera
ferius facilius offendit, quae calidiora sunt.

Sectio 6^a

De Iris, et reliquis Impressionibus apparentibus.

Iris est arcus multicolor in nube rosida ex reflexione, et refractione varia radio-
rum solis apparenti: nubes rosida dicitur, quae purus vapor non est, sed incipit dilata-
re in guttulas adhuc in aere pendulas, in quibus ut in quodam speculo cuius radij arcus
iridis sol format, et tunc quando soli objicitur nubes a tergo oppaca, et exorta
facie diaphana. Colores iridis praecipui sunt tres, puniceus scilicet, ruber, et viridis.
Hi omnes communiter censentur solis apparentes, seu indistincti a lumine var-
ie refracto.

Sed quaerit, cur iris in semicirculo incurvata sit? hoc pendet ex
modo reflexionis a qua causantur iridis colores: etenim non quavis reflexio, sed volum
illa, quae fit oblique, et ad angulum, creat iridis colores: unde haec reflexio non fit ex eo pun-
cto sic soli opposito, ut si linea a centro solis per nostrum oculum ducta continuari in-
telligatur, per ipsum transeat, sed solus ex illis nubibus, partibus, quae huic puncto
circumfunduntur. Hoc patet experientia, quia videmus arcum iridis semper circum-
fundi puncto diametraliter opposito soli, ita ut nos medij intercedamus. Unde,
quia dum sol est in puncto horizontali occidentis, punctum horizontale orientis ei
opponitur a diametro, ideo iris, quae fit occumbente sole habet huiusmodi punctum
pro centro: proindeque medietas eius eminet supra horizontem, altera vero latet
sub horizonte; quia vero quanto sol fit altior supra horizontem, tanto magis
punctum ei oppositum deprimatur infra, ideo centrum quoque iridis deprimatur, pro-
indeque minor circuli pars supra horizontem eminet, maior vero infra occultatur:
unde nunquam circulus integer apparet, sed solus ^{arcus} ~~arcus~~ nunquam mediet-
rate maior, sed tanto infra medietatem, quanto sol altius eminet supra horiza-
ntem. = Ex dicitur de causis iridis arcus vocat illud ante Diluvium visisse; tunc
enim stabant circum cauae, sol non, et nubes rosida: attamen post diluvium ex bene-
placito Dei contrivitum est in signum foederis inter celum, et terram generali diluvio
amplius non subruendum.

Parhelia dicuntur, cum duo, vel plures soles quasi
in caelo essent, apparent. Parsij credunt hoc phenomenon causari a reflexi-
one lucis solaris, quae in nube glaciata, reuocatur in speculum nobis specta-
tum solis imaginem representat: sed quia difficile concipitur glaciata ne-
bulam in sublimi aere sustineri posse: et quia interdum parhelia in huius appa-
rent locis, ubi caelum serenum est, et a nubibus liberum: ideo alii probabiliter iudi-
cant parhelia causari a refractione radiorum solis dum ad nos transeunt
per medium vaporum, et inaequaliter dispositum: quemadmodum per vitrum pho-
simum facientem objectum apparet multiplicatum. Quod si eodem modo haec imago
formata in nube, sive lumine, dicitur tunc Paravelene.

Halones, sive Coronae

sunt circuli albi, qui capiuntur circa lunam, interdum circa solem, aut aliud est op-
tandioribus acrius videtur. Eorum materia est vapor semidiaphanus, qui nos

Quid Parhelia?

Quid Halo, sive
Corona?

inter et artum interponitur, et duplici refractione radiorum causeri, candido fulgore nobis exhibet in modum circuli, qui graecis Halos, latinis Corona dicitur. Sic autem quatenus subiectus vapor ita disponitur, ut radij artum in illis incurvati reflectantur ad nos ad angulos nempe, ut sit in Luna, nisi quod in illis reflectio fit ex nube respectu nostri artus e regione opposita; corona vero ex vaporum, seu exhalatione aëris subiecta: unde corona totus ambitus videtur, non vero in illis ob terra occurrentes.

Ex materia exhalationis inflammabilis modo crassa

Stella dicuntur
res.

Draco volans.

Caprea saltantes.

Frabes, sive lanceae.

ignes fatui.

modo subtilis, modo haec, modo illa mole, ac figura praedita, varia conjunguntur meteoris ignita, et brevi evanescunt; huiusmodi sunt Stella dicuntur, et interdum cadentes, quae serena nocte stellarum figuram induunt, et a vento impelluntur, vel potius eo ferri videntur, quo lenia pabuli ducit, non aliter ac ignis per lineam pyris pulveris quasi currit. Draco volans, qui more draconis incurvatur, et scintillas ex ore vomere videtur. Caprea saltantes, quae ex curru suo capreae saltus imitantur. Frabes, sive lanceae, quae in altitudine porriguntur, et immobiles stare videntur. In his, et aliis initio provenit a Sole: figura autem, et motus sunt accidentales, nimirum a vario ventorum impulsu, et a halituum conjunctione fortuita, necnon, et a diversa gravitate. His pertinent ignes fatui, qui ex pingui, sed tenui halitu circa cimiteria, et paludes accenduntur, et incondite more fatuorum moventur. Flamma ista cum aere facile moventur, ideoque videntur sequentes fugere, et insequi fugientes.

De Globi Terrae Partibus. Sectio 7^a

Pro comperto habetur globus terrae esse convexus sphaericus: ex oriente ad occidentem ex eo constat, quod sol una hora citius oritur, et occidit huius, qui gradibus sunt magis orientales, quam alij, qui eorundem gradibus ab Occidente recedunt; quod non accideret si terra ab oriente in occidentem esset plana, sed eodem puncto temporis tota terra facie colligueret; Ex meridie ad septentrionem quia si progrediamur quae ad Boream paulatim ipsi polus arcticus accollit, antarcum deprimi videtur. Hoc ipsum dictum habet respectu maris globi huius alterius partem ut vult ex navigationibus ead ab oriente in occidentem, quae ab Austro in septentrionem susceptis.

Ergo cum globus hunc ex aqua, et terra ^{constet} constet, aquarum congeries Alania vocamus: terra vero Continentem. Universum mare dicitur Occidentale qui postea a terris, quas perfundit appellationem sortitur. Nuncupatur Occidentale Atlantici, ab Atlante Africa in parte illa maris, quae inter veteris orbis partem occidentalem, et America lateris orientalem est posita, et dicitur mare septentrionale.

Dicitur Pacificus mare illud, quod America lateris occidentale, et Asia lateris orientale complectitur, ac Japonem, Chinam, et Philipinas alluit. Dicitur Hyperboreus, qui circa terram polarem arcticam jacet. Australis, qui inter terram australem, Africa, et Asia proteritur. Meridionalis est pars maris, quae inter Europam, et Africa ab occidente in orientem ad Syriam usque extenditur. In

terre, et maris confinis sunt promontoria, sinus, litora, freta, quorum omnium intelligentiam ~~non~~ non ~~est~~ non est ~~possibile~~ non est possibile. notandum breviter nobis exordia, sicut et alia non eorum; Geographici Augustini. + Terra in 4 Continentes dividitur, nempe in superiorem, seu veterem orbem, quo comprehenditur Asia, Africa, et Europa in inferiorem, seu Globum orbem, qui Americae, seu septentrionale, et meridionale continet: in terram polarem Arcticam, et polarem Antarcticam, quae mundi partem

Itaque Continentes di
citur magis partem
et h. en la ora
de la Cor eta +

partes huc usque nobis ignotae sunt.

Asia eo solo magna, quod a Medemprose
Korno sit habitata, eque extensioni est, ac Europa, et Africa simul sumpta:
unde long. quae est 2000 leucorum; lat. vero 400. Dividitur Asia in Tartariam, Chi-
na, India orientalem, Peridem, Asiaticam rursusque divisionem, et insulas Asiae
adjacentes, quae sunt Japonenses, Philippinae, Moluccae &c.

Long. Tartariae est 4900 leu-
corum, et lat. 760. China Asiae orientalis long. habet 560, et lat. 240. India
Orientalis habet long. ex una parte 690, et ex alia 440. Peridia extenditur in long.
long. ad 900 leucorum, et in lat. ad 300. Furcanum Dicio Asiatica long. habet 690,
et lat. 450. Hic antiquitus erant celebres illa civitates Froya scilicet, Chalcedonia
Nicomedia, Ephesus, Smyrna, Tharum Apoli Patria, Pergamum, Antiochia, quae
est Syriae metropolis. In Syria continentur Palestina, vel terra Sancta, cuius prin-
cipua metropolis est Jerusalem; includit etiam Phoenicia, cuius civitates sunt Tyros,
Sidon, Tripolis. Samarum.

Africa ad septentrionem habent mediterraneum, ad occidentem
Atlanticum, ad meridiem India, et ad orientem mare rubrum, figuram habet qua-
si triangularem. Long. eius est ab ortu ad occiduum 4230 leuc. lat. vero a meridie ad
septentrionem est 440. Dividitur in Egyptum, Barbariam, Biledulgerid, Zaara, Si-
guicia, Seimeda, Etiopia, ac Nubiam, quibus adungi possunt insulae Madagascari,
Sancti Thomae, Promontorii viridij, Azores, Fortunatae, seu Canariae.

Egyptus, quae Aethiopia includit habet 36 civitates, quarum metropolis est Alexan-
drum, omniumque earum maxima dicitur magnus Cairo; extensio eius est 490, et
400. Barbaria long. habet 900 leuc. et lat. 80. Dividitur in sex regna, Barba-
rense, Tripolim, Funes, Argel, Fez, Marraguid. = Biledulgerid extenditur in
longitudinem 1000 leuc. et in latitudinem 460. = Zaara long. est 990, et lat. 250. Nigritia long.
est 800 leuc. lat. vero 300. = Guinea long. est 590, et lat. 450. = Etiopia dividitur in
interiorem, et exteriorem, exterior, quae Monomotapa, Congo, aliisque sex regna
continent magnam extensionem, et latitudinem habet. Interior pars comprehendit
Abyssinorum regnum, cuius long. est 700, et lat. 500; et Nubiam, cuius long. est 370,
et lat. 490.

America, quae a Christophoro Colon detecta fuit an. 1492 aequa-
lis est Asiae, et Africae simul sumptis. Medio inter Panama 48 leuc. dividi-
tur in Americam septentrionalem, vel Mexicanam, et meridionalem, seu Per-
uvianam. Meridionalis, a septentrione ad meridiem habet 4400 leuc. et ab
ortu ad occidentem 930. In ea inveniuntur Peruvia, Paraguayum, Fucuma, Fe-
rra firmis, Chile, Bravile, et Magallanes.

Longit. Peruviae a septentrione ad Auf-
tum est 930 leuc. et ab ortu ad occiduum 270. Cuius metropolis est Lima. = Paraguayum
ab ortu ad occidentem habet long. 930, et a septentrione ad Auftrum 440. = Fucuman
extensionem habet 240, et 200 leuc. = Chile 330 a Peruvia ad meridiem extenditur, et
habet lat. 440. = Ferra firmis extenditur ab ortu in occiduum 440 leuc. a septentrione
vero ad meridiem 480. = Bravile extenditur in long. 600, et in latitudinem 340. = Magallanes
480 leuc. comprehendit.

America septentrionalis habet long. plusquam 4400 leuc. et lat.
800. In illa sunt nova Hispania, Nova Mexico, Virginia, Florida, Canada, seu
nova Francia, quibus addi possunt insulae Californiae.

Nova Hispania sub zona torrida sita, ab hirmoque Panama incipiens, long. habet ~~260~~ ab ortu in occidu 700 leuc. et lat. 200, metropoli eius est Mexico.
Nova Mexico ad septentrione habens Hispania, lat. habet 260 leuc. Caput uero que ignoratur extensio eius ad Solw Borsald. = Virginia extenditur ad 260 leuc.
Florida sic dicta a Parthario Florida, a quo detecta fuit habet long. 320, et lat. 180. = Canada reliquid America septentrionali continet, eiusque termini non constant.

Europa, que inter 4 mundi partes minor est extenditur ab occidente in oriente 1500 leuc. hispanicy, et a meridie ad septentrione 657. Dividitur in Hispaniam, Franciam, Italiam, Alemania, Belgium, Poloniam, Ungariam, Illirium, et Romaniam.

Hispania ad Austrum sita est veluti peninnsula, cu undique mari circumdatur, ea parte excepta, que per Alpes a Gallia separatur. Maior eius long. est 260 leuc, et lat 460. = Gallia longitudine habet 200, et lat 480. = Italia 240, et 497. = Alemania per septentrione terminatur in mari Baltico, per ortu in Ungaria, Polonia, et Prussia; per meridiem cu Alpibus, et per occidentem cu Belgio. Belgium figura quam triangulare habet, et ex una parte extenditur 80 leuc, et ex alia 66. = Polonia long. habet 270, et lat 20. = Ungaria long. habet 400, et lat 290, et 290. Sed de hisc rariis, cu precipue juris nostri sunt. Nunc autem de principijs que in globo terraqueo apparent phenomenon quid prelibare magis utile iudicavi. Sit pp. +

Continens dicitur magna pars terre qua sine mari transire adiri potest: huiusmodi sunt Asia, Africa, et Europa. Insula est portio terre mari undique conclusa; sicut Sicilia, Sardinia, &c. = Peninsula est pars terre mari circumdata, aliqua excepta portione, qua terra unitur; sicut Peloponesus, vel Moraa, que medio hirmo Chorinto Grecia unitur; et America meridionali, que medio Panama, septentrionali comunicatur.

Hirmus est portio terre inter duos mares comprehensa, quaque regio aliqua alteri comunicatur: sicut Hirmus Chorinti, qui Peloponesum cu Grecia coniungit: et similiter Hirmus Panama qui Americam septentrionale ab Australi separat, aliisque terra portiones coniungit. Promontorium est magna veluti mari, terre pars in mari orisio sita, sicut Promontorium Bone spei in Africa, Santi Vincensii, et finis terre in Hispania. = Angulus est brachium mari inter duas ~~terras~~ ^{et ripas} terrarum claudum longo tractu discurrer, sicut sinus Veneris. = Straitus est brachium mari inter duas fimes terrarum includum, medio quo unum a alteri comunicatur huiusmodi est Straitus Gibraltar, inter Europam, et Africam, qua Mediterraneum ad Oceanum comunicatur. = Pelagus dicitur pars profunda mari, que notabiliter a terris distat. = Archipelagus est magna pars mari, plurius insulis plena: sicut Archipelagus a Salisburg, et mare Exeum. = Exeum in placusa antea excessa ser. *

De Origine Fluviorum, et fontium Sectio 8.

regulariter flumina deribentur a fontibus, si hanc invertegeris origo, sicut in principio, sicut origo fluminum innotescit. Hac de re plusquam 20 sententias nonnulli asserunt, quibusdam omnium verarum, et qua a plerisque probantur circa hoc punctum tradunt. Sentio igitur fontes omnes ab aqua exire in subterraneis receptaculis, qua per venit partem a mari, partem ab imbribus, et nivibus liquefactis. A mari quidem per occultos canales subterraneos, quibus se se mare terre invinuat. Constat enim, quod sicut corpus humanum infinitis abundat membris, quibus humor per omnia membra distribuitur, ita quoque terre corpus infinitis venis, et viscatet per quas aqua mari se se invinuat in tanta copia, ut reperta sint in terra visceribus quibus

vel Chersonesum
 et Venus
 et maioris
 latitudinis inter quodam
 in principio, sicut origo
 sinus Gaditanus
 futurum *

dia flumina, varisissimi lacus, et immensa aquarum receptacula, seu hydrophylacia
 partim salva, partim dulcia. Verum dice: cur in fontibus aqua non est salva, sicut in mari?
 et iterum: plures sunt fontes in montibus mari altioribus: quomodo hi porerunt ad
 mari pervenire nisi aqua mari contra legem hydrostaticam ad maiorem altitudinem
 ascendant in exitu, quam in principio unde fluit? Ad 1^{um} resp. mari aqua per
 longas terrae venas, ac rimas id percolata sale deponere. Ad 2^{um} dico, quod admi-
 ro, fontes illos nec a pluvij, nec a nivibus nutriari, adue posse dici mari aqua ad
 ad radices montium perveniente, a superiori terra, velut a spongia exsurgit,
 et sursum attrahi.

lam quod ex imbribus, et nivibus exolutis alentur, imo in so-
 lidis plurimum fontes generentur, dubitari non potest. Plures quidem sunt, qui cer-
 vante per aliquot menses pluvia, nivibusque remanent, aut minuantur, aut auerunt.
 igitur fontium origo ex pluvia, nive, et mari aqua repetenda est. Ius circa pa-
 re quod verum sit illud Eclesiastes V. 7. omnia flumina intrant in mare, et
mare non redundat: ad locum unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant.

De Maris Salitudine. Sectio 9^a

Quaesitio 1^o: unde maris salitudo oritur? Resp: a salij particulis ad aqua permixtis,
 in eaque exolutis esse circumdatis; vive haec particula ipsi mari sint coepta, quod probabiliter
